PRIMA ECCLESIAE PROPRIETAS.

Quòd ſit viſibilis quædam ſocietas, cui, qui illam profitentur, infallibilem Authoritatem audeant vendicare.

QVI Eccleſiam in ſolo Electorum ſeu Prædeſtinatorum numero, ſicut multi Aduerſarij, cõſtituũt, proprias ſuas Eccleſias (quoniã inuiſibiles eas faciũt) prorſus euertunt. Nam vtcunque ſibi falſò perſuadeant, ſe per ſolam Fidem filios eſſe & hæredes Regni Dei, ſciri tamen à nemine poteſt, qui eorum in ipſa ſua Fide, tãquam electi ſint perſeueraturi. Quicquid enim de illa comminiſcantur, negare tamen non poſſunt, quin manifeſtè pronunciet Apoſtolus, quoſdã à veritate excidiſſe, & circa Fidem naufragaſſe, & alios quorundam Fidẽ ſubuertiſſe. Vnde Corinthios admonitos eſſe voluit, vt, qui ſe exiſtimaret ſtare, videret ne caderet. Cum igitur in Eccleſia ſua certiſsimam illam Chriſti volunt reſidere Authoritatem, vt illi (tanquam 2.Timo.2 1.Timo.1 1.Corin.

b Co-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Columnæ & Firmamēto veritatis) omnes ſecuriſsimè adhæreant, quomodò in incerto & prorſus inuiſibili hoc prædeſtinatorum numero poterit illa inueniri? Fruſtra ſanè hanc orbi reliquit, niſi Eccleſiam voluerit eſſe conſpicuam, id eſt, talem, quæ ſenſibiles haberet proprietates, per quas interrogātibus, quænam illa ſit, poſſet deſignari, demonſtrari & dicier, hæc eſt.

Epiſt. 48. Quomodo enim (vt ait B. Auguſt.) confidimus ex Diuinis literis accepiſſe nos Chriſtum manifeſtum, ſi non inde accepimus Eccleſiam manifeſtam? cùm non, niſi Eccleſiæ prædicatione, aliquid de Chriſto, & Sacris literis acceperimus? Sicut non, niſi Matris teſtimonio, quis Pater ſit, intelligimus. Quàm verò manifeſta futura eſſet Eccleſia, iam olim clamarunt Prophe-

Iſai. 2. tæ, vt nemo excuſationem aliquam præ-

Michæ. 4. texere poſsit. Erit (inquiūt) in nouiſsimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montiū, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eū omnes Gentes, & ibūt populi multi, & dicēt: Venite, aſcendamus ad montē Domini, & ad domū Dei Iacob, & docebit nos vias ſuas. Et alibi: Surge

Iſaiæ 6. illuminare Ieruſalē, quia venit lumen tuū, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce

Digitized by Google

ecce tenebræ operient terram,& caligo po
pulos,ſuper te autem orietur Dominus,&
gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt
Gentes in lumine tuo, & Reges in ſplen-
dore ortus tui. Si gloria Domini in ea vi-
debitur, quomodo ipſa latebit? Aut quo-
modo poterit abſcondi ciuitas ſuper mon Matth.5.
tem poſita? Neque enim accendunt lucer-
nam,vt ponant eam ſub modio, ſed ſuper
candelabrũ,vt luceat omnibus,qui in do-
mo ſunt. Quod ipſum illuminatiſsimus
Tobias prophetauit his verbis: Luce ſplẽ- Tob.13.
dida fulgebis Ieruſalẽ,& omnes fines terrę
adorabũt te,& nationes ex longinquo ad
te venient,& munera deferentes adorabũt
in te Dominum. Et,Vt factu ſit facillimũ,
quòd mandat Dominus,vt quando vide-
bimus fratrẽ noſtra & teſtium correptione
non corrigi,deferamus Eccleſiæ: quam ſi
non audierit, vult eum haberi Ethnicum Matth.18.
& Publicanum, quod tamen neutra ſua
parte poteſt obſeruari,ſi Eccleſia videri nõ
poteſt.Etenim,quo pacto dicam alicui,vel
eum audiam,ſi eum inuenire non poſſum?
Quare optimè B.Auguſt.Nunquid (ait) di Tract.1.in
gito oſtendimus iſtum montẽ, quomodo epiſt.Ioã.
oſtenditur hominibus tertia Luna? Verbi
gratia.Quãdo homines volũt videre nouá

Digitized by Google

Lunam, dicunt: Ecce Luna. Ecce ibi eſt. Et, ſi ibi ſint, qui nõ valent intendere aciẽ, & dicunt, vbi? intenditur eis digitus, vt videant. Nunquid ſic videmus Eccleſiam Fratres mei? nónne aperta eſt? Ecce mons implens vniuerſam faciem terræ, ecce Ciuitas, de qua dictum eſt: Non poteſt abſcondi Ciuitas ſuper montem poſita. Imò facilius eſt (inquit Chryſoſt.) Solem extingui, quàm Eccleſiam obſcurari. Et Ambro. Ieruſalem quæ in cœlo eſt, in qua militat Fides noſtra, in illo altiſsimo omnium locata monte, hoc eſt, in Chriſto Eccleſia, nõ poteſt tenebris & ruinis huius mundi abſcondi, ſed fulgens candore Solis æterni, luce nos ſpiritalis gratiæ illuminat, & quanquam aliquando multitudine ſcandalorum velut obnubilatur, etiam tunc tamen in ſuis firmiſsimis eminet. Et quî, obſecro, filius aliquis prodigus, reuerti cupiens, poterit inuenire Domũ Patris ſui, ſi Eccleſiam, quę ſola Domus eius eſt, inuiſibilem conſtituas? Quî etiam Patrem ipſum agnoſcet, qui Matrem ignorat? Hæc omnia diligenter nobis perpendentibus, ſatis etiam eſt manifeſtum, quòd (ſicut ſuprà dictum eſt) qui ſolùm, per purã Euangelij prædicationem & Sacramentorum obſer-

Hom. 4. de verb. Eſaiæ.

Lib. 7. in Lucam.

Aug. epiſtola 48.

Digitized by Google

obſeruationem Eccleſiam ſenſibiliter deſignari,& demonſtrari volũt,Diuinis Scripturis minimè ſatisfaciunt, & Eccleſiam Chriſti verè inuiſibilem,& tantum in imaginatione relinquunt. Nam puritas Doctrinæ licet in ſola Eccleſia habeatur, nemo tamen videt Eam aut ſenſu percipit, ſed (Quibuſdã,hanc: Aliis aliam proferentibus: Cùm Scripturæ,docento Petro,difficiles ſint) non niſi Eccleſiæ Authoritate de Ea ſecuri ſumus. Quare eam aliis notis priùs inuenire neceſſe eſt, vt eius inſtitutione de puritate Doctrinæ, & legittimo Sacra: vſu in omnibus rectè iudicemus. Vias enim Domini in Domo eius,iuxta Prophetam, diſcimus. Et ſtabilem veritatis ſcientiam à Sacerdotibus & Paſtoribus Eccleſiæ,iuxta Malachiam & Paulũ,accipimus. Qui igitur in genere tantum,velut in Imaginatione Eccleſiam eam oſtendunt, quæ veritatem ſequitur, & nullam in particulari ſuis certis proprietatibus deſcriptam, (cui nomen & rationẽ infallibilis Eccleſię tribuant) audent deſignare (quia in progreſſu ipſa inconſtantia & alij mores eam facilè reuincerent) hoc ipſo penès ſe Eccleſiam non eſſe,imprudentes inſinuãt. Quod autem obijci ſolet: Fidem eſſe rerum non

2.Petr.3. Eſa. 2. Malac.2. Ephe.4. Heb.11.

Hebr.11. apparentium, & Symbolum Fidei vnam Eccleſiam confiteri, ſicut nō refragatur viſibili & omnibus conſpicuę Perſonæ Chriſti, (de qua ad Iordanem, & in monte dictum eſt: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui) ita nec obeſt Eccleſiæ claritati. Quia, quanquam conditiones, per quas demōſtratur, ſint viſibjles, quòd tamē illa demonſtrata communitas ſit Eccleſia Dei, quæ errare non poteſt, Fides, & nō Senſus, docet. Quanquam interim Pauli ſententia nihil prohibeat, eadem de re, quatenus verbo Dei & ſenſu conſtat Fidem eſſe & Senſum. Quia, vt verbo Dei reuelatur, aliquam habet obſcuritatem, quam ſenſus non comprehendit.

Secunda Eccleſiæ proprietas.

Quòd Regni & Corporis ſpeciem præ ſe ferat.

QVI in Script. verſantur, facilè vident Eccleſiam Chriſti frequenter, tanquam Regnū & Corpus quoddam proponi, in quo multorum ab Vno gubernatio, & diuerſorum in mutua communione appareant ſub Vno diuerſæ functiones. Sic enim ſe habet Corporis & Regni conſtitutio. Simile eſt Regnum cęlorum

lorum (inquit Dominus) ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti, præſentem Eccleſiam ſine dubio intelligens. Sicut Matth. 22. Regnum cælorum ſimile factum perhibetur homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo, vnde eijcitur qui non habet veſtem nuptialem. Et 25. Decem virginibus, quarum quinq; erãt fatuæ, & quinque prudentes. Et in conſummatione ſeculi mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno eius omnia ſcandala. Sicut & Apoſtoli, quando ſub Aſcenſionẽ Domini, eum interrogant: Num in tẽpore hoc reſtituturus eſſet Regnum Iſraël, Eccleſiam eius reſpiciebant. Id quod etiam Prophetæ olim clariſsimè prædixerunt. Nam Daniel de Eccleſia per montẽ magnum, qui terrã impleret, ſignificata, loquẽs: In diebus Regnorum illorũ (inquit) ſuſcitabit Deus cæli Regnũ, quod inæternũ non diſsipabitur, & Regnũ eius alteri populo non tradetur, cõminuet autẽ & conſumet vniuerſa hæc, & ipſum ſtabit inæternum. Et Iſaias: Multiplicabitur eius Imperium & pacis nõ erit finis. Super Solium Dauid, & ſuper Regnũ eius ſedebit, vt cõfirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia, amodò & vſq; in ſempiternum.

Matth. 13.
Daniel. 2.
Cap. 9.

Digitized by Google

Quòd Angelus ad B. Virginem referens, Regni eius (inquit) non erit finis. Quibus ſimilia copioſe habes, Pſal.88. Et, 2.Reg.5. Quòd ad Corporis quoque rationem pertinet,

Coloſſ.1. Adimpleo (inquit Apoſtolus) ea quę deſunt paſsionũ Chriſti, pro Corpore eius, quod eſt Eccleſia. Sicut enim Corpus vnũ eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cùm ſint multa, vnum tamẽ Corpus ſunt, ita & Chriſtus. Etenim

1.Cor.12. vno ſpiritu omnes nos in Vnum Corpus baptizati ſumus. Et ad Epheſios: Vnum

Ephe.4. Corpus & Vnus Spiritus, ſicut vocati eſtis in Vna Spe vocationis veſtræ. Quanquam

Eſa.33. Ezech.34 Pſal.2. Ephe.1. Luce 1. autẽ Chriſtus Dominus, verus Dauid, ipſe ſit Rex noſter, & Princeps huius Regni, (ſicut ipſum Pater dedit caput ſuper Eccleſiam, quæ eſt Corpus eius.) vt tamen Eccleſiæ regnũ & Corpus appareret, & (quę eſt Regni & Corporis) optima in ea eſſet Politia, Seruum Vnum (vt Ipſemet teſtatur) ſuper hanc familiam conſtituit, qui

Matt.24. Luc.12. Mar.13. det illis cibum in tempore. Et, cùm multi ſint, quibus poteſtatem dedit cuiuſque operis, Vnum tamen Ianitorem ordinauit, cui præcepit, vt vigilaret. Siquidem, cùm multæ apud eos, qui de Repub. & eius regimine ſcribũt, rationes ſint, quibus Commu-

munitas aliqua gubernetur, nulla tamen pro publico bono (quod Vnitate & Pace conſiſtit) cōuenientior & aptior eſt, quàm quę in modum & ſpeciem Regni adminiſtratur. Vbi omnes (velut vnius corporis membra) ſibi ſub Vno colligati arctiſsimo Vinculo, ad Pacem & Vnitatem compelluntur. Vt vel hinc ſolùm, quia Chriſtus, verus Salomon, pro pace natus & paſſus, tantoperè pacem prædicauit, illum eiuſmodi forma ſuam Eccleſiã inſtituiſſe, pius & prudens Diſputator colligat. Etenim in multitudine, niſi èxors quædam Vni ſit poteſtas, (vt eſt apud Hierony.) tot naſcentur ſchiſmata, quot ſunt capita. Neque enim aliunde (ait B. Cypr.) hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quòd Sacerdoti Dei nō obtemperatur, nec Vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tēpus Iudex, vice Chriſti, cogitatur. Proinde (ſicut idem alibi habet) vt Dominus Vnitatem manifeſtaret, Vnitatis eiuſdem originem, ab Vno ſua Authoritate diſpoſuit, vt Eccleſia Vna monſtraretur. Rectiſsimè igitur illi, qui apud eundem: Non ignoramus (inquiunt) Vnum Deum eſſe, & Vnum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſsi ſumus, Vnum Spiritum Sanctum,

Ariſtot. in Polyt. B. Tho. de reg. princi pum.

Cōtra Lucife.

Lib. 1. epiſtola 3.

De ſimpli cit. prælat.

Lib. 3. epiſtola 11.

Digitized by Google

Vnum Epiſcopũ in Catholica Eccleſia eſſe debere. Nam ipſa ratio Sapientes olim docuit, propterea Vnum eſſe omnium rerum Deum, quod res malè gubernari nolint, & pluralitas Principum mala ſit. Hinc enim Ille ſubinferebat: Vnus ergo Princeps. Vt mirum non ſit, Populum Romanum, Dei amantiſsimum, quando Conſtantius Imperator voluit duorum, Lyberij & Fœlicis, communem eſſe Eccleſiæ adminiſtrationem, exclamaſſe: Vnus Deus, Vnus Chriſtus, Vnus Epiſcopus. Etenim Scripturæ declarant, ad iram Dei pertinere, quòd facit homines, quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia Ducem. Sicut & apud Danielem deplorabant, quòd nõ erat in tempore illo Princeps & Dux & Propheta in Iſraël. Vt antea quoque prædixerat Ozee, quòd dies multos ſederent Filij Iſraël ſine Rege, & Principe, & ſine Sacrificio. Et in Iudicum libro, in argumẽtum extremi mali refertur, quòd in diebus illis non erat Rex in Iſraël, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat. Vnde à principio, quando Dominus cũ populo ſuo fœdus inijt, dedit illis Principem vnum Moyſen ſeruũ ſuum, cui volebat ab omnibus obtẽperari. Poſt quẽ illis

Ariſtot. in Metaph.

Theodor. lib. 2. ca. 17

Abacuc 1. bis repetit

Ozee 3.

illis Ioſue præfecit. A quo, cùm ſine Duce eſſent (velut natura dictante) conſuluerũt Dominum, dicentes: Quis aſcendet ante nos cõtra Chananæum, & erit Dux belli? Dixitque Dominus: Iudas aſcendet. Et, quoties ad eum poſt peccata ſua reuertebantur, Vnum eis mittebat, per quem ex manu hoſtium eos liberaret. Qui rurſus, poſtquàm ab ipſo recederent, eos tanquàm deſertos deſtituebat. Et, quanquam ei diſplicuerit, quòd non contenti Iudice, quem antea illis dabat, Regem, ſicut cæteræ nationes, habere voluerint, non tàmen, niſi ex ira eius accidit, quòd Regnum poſt Salomonẽ fuerit diuiſum. Quod tamen malum Dominus promittit ſe, per Chriſtum, aliquãdo ablaturũ. Faciam (inquiens) eos in Gentem Vnam in terra, in montibus Iſraël, & Rex Vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltrà Duæ Gentes, nec diuidentur amplius in Duo Regna. Quæ ſanè promiſsio in hac viſibili Chriſti abſentia malum hoc diuiſionis non auferret, niſi Vicarium (per quem omnes in vnitate contineret) ſuo loco reliquiſſet. Nam etiam antea, cùm duo Reges imperarent, ſemper Vnus Deus fuit omnium Rex & Dominus.

Iudic.1. 1.Reg.7. 3.Reg.11. Ezech.37.

Quo-

Quocirca Viſibilem Vnitatē & Speciē Regni voluit in Eccleſia ſua relucere, Quē nō dubium eſt, optima forma (quia nimis diligit) eam inſtituiſſe. Quia enim occulta lege, & vi Naturæ, quę principantur, amāt (vt ait B. Auguſt.) ſingularitatē. Et omnia (vt ait Boëtius) amāt Vnitatē. Sicut enim Natura nunquàm permiſit, vt viri plures communi iungerentur vxori: ſed in vna familia, Pater Vnus: in exercitu, Dux: in ciuitate, Princeps: in naui, gubernator vnus principatum obtineret, (Quod etiam beſtias quaſdam nobiliores, Natura docet) ita non eſt veriſimile, tam Zeloſum Sponſum Eccleſiam ſuam (quam proprio ſanguine ſibi comparauit) ordine à natura alieno, velut acephalam, cum magno ſchiſmatum ſeminario (tanquam vxorem multis viris communem) reliquiſſe.

De bono Cōiug. ca. 17. & li. 22 cōt. Fauſt. cap 37.

Tertia proprietas eſt:

Quidam in gubernatione Communitatis, ſub legibus obedientiæ, Ordo Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Miniſtrorum, cum Plebe.

TErtiò, Scripturæ nobis pulcherrimam quandam Epiſcoporum, Preſbyterorum, & Miniſtrorum Hierarchiam

Digitized by Google

chiam in hoc Regno Chriſti (vnde, velut caſtrorum acies, appareat ordinatum) cō-ſtituunt. Qui ſibi ſubiectis non ſolùm conſulunt, &, quæ facienda ſunt, annunciant, ſed Chriſti nomine, quæ pro Ipſius honore, & ſuorum ſalute vident expedire, quadam etiā Authoritate præcipiunt. Vt licet Vnus ſit, cui omnium generalis cura incū-bit, non ſolus tamen ille Authoritate, & Iure in hoc Regno polleat. Quod his verbis in Actis docet Apoſtolus, quando Epiſcopos alloquens: Attendite (inquit) vobis Act. 20.
& vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: Et ad Titum: Huius Titum 1.
rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates Presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi: Rurſus ad Timotheum: Qui benè pręſunt 1. Timo. 5
Presbyteri, duplici honore digni habeâtur: Et, Aduerſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Quibus haud obſcurè ſignificatur, Epiſcopos & Presbyteros ad Eccleſiaſticā Hierarchiam pertinere, & Epiſcopis non ſolùm conſulendi, ſed & Corrigēdi, ac Iudicandi Authoritatem conuenire, eoſque Presbyteris (quibus etiam ſua non deeſt Au-

Authoritas) eſſe ſuperiores. Et id quidem optimè pro communis tranquillitatis & pacis cõſeruatione. Siquidem, vbi quis ſolus Ius & Authoritatẽ habet, propinquior eſt violentiæ & temeritati locus. Vbi verò tantùm conſulendi poteſtas, & nulla eſt præcipiendi iuriſdictio, (quia ſenſus & cogitatio humani cordis ad malum ſunt proniſsima) nullus eſt obedientiæ vigor aut ordo, ſed promptiſsimum, vt quiſque magna confuſione, ſecundum ſemetipſum viuat, &, quod ſibi videtur, horrẽda Reipub. perturbatione audeat. Cuiuſmodi ſanè Politiam (ſicut fingit Caluinus) nõ eſſe à Chriſto Dei Sapientia inſtitutam, (ſicut nuper etiã oſtendimus) res ipſa declarat. Praxis etiam Apoſtolorum aliud oſtendit. Et Dominus in electo ſuo Populo, tẽpore Legis, aliud inſtituit & approbauit. Quòd enim Apoſtolus non tantùm Conſultor fuit & Annunciator, ſcribẽs Timotheo, manifeſtè demonſtrat: Præcipio tibi (inquiens) corã Deo, qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu, qui teſtimonium reddidit ſub Pontio Pilato, bonã confeſsionẽ vt ſerues, mandatũ irreprehenſibile, ſine macula vſq; ad aduẽtum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et ad Corinth. Quæ de Prophetia ſeu cõcione, non ignota

Gene. 8.

2. Timo. 6

1. Cor. 14.

ignota lingua proferenda:itē,de Ordine & Numero Prophetantiū,& mulierū in Eccleſia ſilentio ordinauerat,licet nō ſint oīa iuris diuini,vocat tamen Domini mādata, Quia videlicet Domini Authoritate cōſtituta,tanquàm Illius,& propter Ipſum ſeruari debēt. Virgā quoq; ſe à Domino accepiſſe,ad eoſdē ſcribēs,nō tacet. Quid vultis? (inquiēs) In virga veniā ad vos,an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Et alibi: Ideo hæc abſens ſcribo, vt non præſens durius agam,ſecundū poteſtatē, quam dedit mihi Dominus in ædificationē,& nō in deſtructionē. Quā ſanè poteſtatē,nō in nudis cōſiliis fuiſſe poſitam,grauiſsima illa Cenſura oſtēdit,qua fornicatorē Corinthiū,& Hymenæū cū Alexandro tradidit Sathanę,in interitū carnis,vt diſcerēt nō blaſphemare. Idē in Cōcilio ſuo docēt Apoſtoli,vbi dogmate,de legis neceſsitate Gētibus imponēda,ſentētijs ab Apoſtolis & Presbyteris in cōmune collatis,declarato,quæ pro tēpore iudicabāt ad mores pertinere,nō velut Conſultores , ſed vti Rectores eis imponebant. Viſum eſt (inquiunt) Spiritui Sancto, & Nobis,nihil vltrà vobis imponere oneris, quàm hæc neceſſaria : vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum & ſan-

1.Cor.4.

2.Co.vlt.

1.Corin.5

1.Timo.1.

Act. 15.

& ſanguine & ſuffocato & à fornicatione. Nam ſic Poteſtatem Soluendi & Ligandi, Remittendi & Retinendi à Domino ſibi
Matth.18. datam, intellexerunt. Et quæ, obſecro, erit
Ioan.20. obediẽtia, qua iubemur Præpoſitis noſtris
Hebr.13. obedire & ſubiacere, ſi nulla ſit in Eccleſia Authoritas præcipiendi? Dominus ſanè, non tam graue ſupplicium ijs, qui Eccleſiam non audiunt, propoſuiſſet, ſi tantum Conſultores in ea eſſe voluiſſet. Huius etiam Hierarchiæ figuram Dominus ſub Lege præmiſit, vbi ſub manu Aaron & filiorum eius, certo ordine & Lege obedien-
Nume.18. tiæ, Leuitæ in miniſterium deſignati erãt.
1.Para.22. Item Cantores, Pſaltæ & Ianitores. Sicut
33.34.35. hi omnes, cum Tribunis, Centurionibus,
Exod.18.
Nume.16 Quinquagenariis & Decanis (qui in facilioribus populũ iudicabant) ſub vno Moyſe ad honorem Dei militarent, quemadmodum Proceres Synagogæ, qui tempore Concilii per nomina vocabantur. Eiuſmodi igitur Politiam amantiſsimus ille Dei Ignatius, in Chriſti Eccleſia eſſe ſignificat, his verbis: Principes (inquit) ſubditi eſto-
Epiſto.ad Philadelphias. te Cæſari: Milites, Principibus: Diaconi, Presbyteris, vt ſacrorum adminiſtratoribus: Presbyteri vero ac Diaconi, atque omnis Clerus, ſimul cum omni Populo &
Mili-

Militibus atque Principibus & Cæſare,obediant Epiſcopo. Quemadmodũ Theodoſium legimus obediuiſſe Ambroſio: & hũc,Siricio Romano Epiſcopo.Quod verò ad Miniſtros & Diaconos pertinet,perſpicuus eſt locus, Actuum 6. & 1.Timoth.3. Vnde conſtat,Officium eorum non ſolùm fuiſſe,adminiſtrare pauperibus, ſed etiam, in prædicatione Euangelij Maioribus aſſiſtere, & in eius diuulgatione Illis ſubſeruire. Neque enim omnibus Chriſtianis licebat etiam tunc temporis prędicare,ſicut Stephanum & Philippum Diaconos feciſſe legimus. Quomodo enim (inquit) prædicabunt,niſi mittantur? Vnde Paulus requirit,vt Myſterium Fidei habeant in con ſcientia pura. Quod parùm ad diſtributionem eleemoſynarum, ſed eruditionem in Fide pertinet. Vnde Tychicum (qui cum pleriſq; alijs huius Ordinis videtur fuiſſe) generaliter Miniſtrum in Domino fidelem prædicat. Quamobrem, vbi nulla Epiſcoporum coëunt Generalia Concilia, vnde pro communi vtilitate Decreta & Conſtitutiones emanent (quoniam eiuſmodi Hierarchia ibi non apparet) Chriſti Eccleſia non inuenitur.

Rom.10.

Coloſſ.4

Digitized by Google

Quarta Eccleſiæ proprietas.

Publicum & externum Sacrificium, quo Verum Deum profitetur.

QVoniam nullo modo debet cenſeri Populus Dei, qui nullo Sacrificio Deum confitetur, neceſſario in Eccleſia Chriſti debet, cum aliquo Viſibili Signaculo vel Sacramento, ſacrificium inueniri, quo & Vnum Summum Deum, α & ω .i. omnium Principiũ & finem recognoſcat: & quæ ſibi ab eo, per humanitatem Chriſti præſtita ſint beneficia, confiteatur: & in quibus illius per Chriſtũ Gratiæ indigeat, declaret: munusque illi ſiſtat, quo hanc ſibi per Chriſtum conciliet. Siquidem in nullum Religionis nomen, ſeu verum vel falſum (inquit B. Auguſt.) coagulari homines poſſunt, niſi aliquo huiuſmodi Signaculorum vel Sacramentorũ Viſibiliũ conſortio colligẽtur. Et (vt idem ait) maximè Sacrificium eſt, quod præcipuè debetur Deo. Quia enim corpus & animam, & quæcunque bona poſsidemus, à Deo accepimus, æquũ eſt, vt, quem Deũ noſtrũ agnoſcimus, aliquo ſigno (quo hoc profiteamur) eum honoremus. Ita vt nullus vnquam (ſic Natura dictante) ſibi Deũ ali-

19. lib. cõ. Fauſt. c. 11

Lib. 1. cõt. aduerſ. li. & pro. ca. 18.

aliquem propoſuerit, aut agnouerit, cui nõ Sacrificandum cenſuerit: Neque vnquam ſe quiſquã pro Deo alicuius haberi voluit, qui ſibi ab eo Sacrificandum non iuſſerit. Vnde Veri Dei cultores ſemper eũ Sacrificiis coluerunt, & Ipſe Sacrificia ab eis exegit. Hinc enim Abel & Cain munera Deo obtulerunt. Gene.4. Noë quoq;, & Abraham atq; Iacob, ædificatis Altaribus, ſæpiſsimè Domino Sacrificabant. Gene.8.12 13.22.33. Sicut & Melchiſedech, pro victoria Abrahæ: Gene.14. & B.Iob, pro filiorum peccatis. Iob 1. Quæ verò ſibi Dominus ipſe in Populo ſuo Sacrificia præſcripſerit: Alia, in gratiarum actionem: Alia, pro peccatis: ex libris Moyſi nemini ignotũ eſſe poteſt. Ideoq; Prophetæ Chriſtum à Gentibus, tanquam Verum Deum ſuum recipiendum prædicentes, addiderunt: quòd ei Munera & Dona offerrẽt, quaſi ſint reuera ſemper ſibi connexa. Dominabitur (inquit Dauid) à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Pſalm.71. Coram illo procidẽt Æthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharſis & Inſulæ Munera offerent, Reges Arabum & Saba Dona adducent. Et alius: Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes.

Eſaiæ 60. Sopho.3. inde ſupplices mei, filij diſperſorum meorum deferentes Munus mihi. Id quod etiam, nato nunc Chriſto, Magi venientes ab Oriente, primitiæ Gentium, reipſa declararunt, aurũ, thus & myrrham illi, tanquam Deo Regique, hominiq; offerentes. Nec enim alia de cauſa Superbiſsimi illi Spiritus, qui Gentibus olim dominabantur, ſibi Sacrificia deferri volebant, quàm, quòd vero Deo illa deberi ſciebãt. Neque

Aug. 10. de Ciuit. cap.4. & 20. Ariſtot.7 polit. nidoribus (ait Porphyrius) ſed Diuinis honoribus gaudebant. Propterea qui, Duce Natura, de Repub. ſcripſerunt, cùm multa neceſſariò requirant, præcipuum tamen apud illos eſt, circa rem diuinã cultus, quod vocant Sacrificium. Sed ad Apoſtolum & Prophetas nos præſtat conuertere. Ille enim Sacerdotium & Legem ita connexa intellexit, vt, tranſlato Sacerdotio, neceſſe iudicauerit, etiam Legis tranſlationẽ fieri.

Hebr. 7. Quandoquidem enim Sacerdotium ad Legẽ hac ratione ordinatur, vt per Illud Legis obſeruatio, & (ſicubi violata eſt) venia impetretur, neceſſe eſt, vt, ſi Sacerdotium mutetur, etiam Legem mutari. Vnde conſequens eſſe facilè intelligimus, quòd, ceſſante Sacerdotio, vel eo extincto, Legem quoque ceſſare vel aboleri neceſſe ſit.

Ideo-

Ideoq;,ſicut Legem Dominus nō ita abſtulit,vt aliam meliorem non ſubſtituerit, ita nec Sacrificia Legis abrogaſſe credendus eſt,vt Aliud præſtantius eorum loco non ſurrogauerit. Id quod diſertis verbis futurum prædixit Malachias. Nam cum Iudaicis Sacrificiis,id, quod à Chriſto inſtituendum erat,conferens,Non eſt mihi voluntas (inquit) in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim Solis,vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco Sacrificatur & offertur nomini meo Oblatio Munda. Quia magnum eſt nomen meum in Gentibus,dicit Dominus exercituum. Ad hæc, quòd ſine Sacerdote, Altari, & Sacrificio Populus aliquis inueniatur, declarant Scripturæ, ad magnam Dei iram pertinere. Malach.1.

Hoc enim eſt,quod Dominus per Prophetas Iudæis propter peccata minabatur: Tranſibunt (inquit Azarias) multi dies in Iſraël,abſque Deo Vero, & abſque Sacerdote, abſque Doctore quoque, & abſque Lege. In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti,ſed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. Et Ozee,Dies multos ſedebũt(inquit)filij Iſraël 2.Para.15

ſine Rege, & ſine Principe,& ſine Sacrificio,& ſine Altari,& ſine Ephod,ſine The
Ioel.1. raphim. Rurſus Ioel: Accingite vos & plāgite Sacerdotes,vlulate Miniſtri Altaris,ingredimini,cubate in ſacco Miniſtri Dei mei. Qnoniã interiit de Domo Dei veſtri Sacrificiũ & Libatio.Quod propter peccata ſuo tēpore factũ fuiſſe,Sydrach,Myſach & Abdenago deplorant apud Danielē : Non eſt (inquiunt)in tēpore hoc Princeps,& Dux, & Propheta,neq; Holocauſtũ, neq; Sacrificium,neq; Oblatio, neq; Incenſum, neq; locus primitiarũ corã te,vt poſsimus inuenire miſericordiã tuã. Eſtq; hęc ipſa Abo-
Daniel.9. minatio deſolationis,quam Daniel prædi-
Matt.24. xit,& Chriſtus ſuo tēpore nondũ impletã, ſed(ne quis Iudaica tantum Sacrificia,quæ ex ipſa ſua inſtitutione erãt Chriſti tēpore ceſſatura,intelligat) futurã & ad extremũ Eius aduētũ implendã declarauit.Cõfirmabit(inquit) pactũ multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet Hoſtia & Sacrificium,& erit in Templo Abominatio deſolationis. Et cap.11.de Antichriſto ſub perſona Antiochi,tanquam in figura loquens,Brachia (inquit) ex eo ſtabunt & polluent Sanctuariũ fortitudinis, & auferent Iuge Sacrificium,& dabant Abomi-

natio-

Digitized by Google

nationem in deſolationem. Quibus ſimilia habet cap. 8. Talis Deſolatio, abominanda & deteſtanda profectò, hoc tēpore in multis Sanctis locis, eheu, nimis graſſatur. Contrà verò pro Benedictione noui Populi legitur apud Eſaiam, quòd ex eis Dominus aſſumet in Sacerdotes & Leuitas. Quæ ſanè omnia, de Sacrificio Cordis (cùm illud omnib⁹ omni tēpore ſit cōmune, & nemini inuito auferri poſsit) haud poſſunt intelligi. Cùm itaq; Chriſtus ſanguine ſuo pro Eccleſia fuſo, (non in ira & furore, vt in ea maledictionē ſuam oſtēderet) eam cōgregarit, quo pacto pio Chriſtiano perſuaderi poterit, quòd ſine Sacrificio & altari Spōſam ſuam, velut deſolatā, reliquerit? Licet id propter peccata, ſicut à Prophetis prædictum eſt, ſubinde quibuſdā locis permittat. Magis credendū eſt Apoſtolo, quòd habemus Altare, de quo edere non habēt poteſtatē, qui tabernaculo deſeruiūt: & hoſtiā, quæ pœnitentibus relicta eſt pro peccatis, quā reſpicit ad Cor. quādo dicit: Qui edunt Hoſtias, participes ſunt Altaris. Quia igitur per Sacrificiū oportet Dei beneficia agnoſcere, ratio poſtulat, vt, ſicut Popul⁹ Iudaicus beneficia ſua tēporalia, certo genere Sacrificiorū ꝓfitebatur, ita Popul⁹ Chriſtian⁹,

Cap. vlt.

Hebr. 13. Ibidem 10. cap. 1. Cor. 10.

quæ per Chriſti mortem accepit & expectat, propria aliqua oblatione agnoſcat. Vt non Eccleſia Chriſti, ſed derelicta ſit Synagoga, vbi ea non frequentatur.

Quinta Proprietas.

Commixtio Bonorum & Malorum.

DEinceps in hac Quæſtione animaduertendum eſt, An in ea, quæ affirmatur Chriſti Eccleſia, agnoſcantur in Vna Compage Corporis, eſſe Boni & Mali, dum modò baptizati, Fidem Chriſti, ſub eius Vicario, in mutua communione profiteantur. Etenim, ſi ab iis, qui ſuã Congregationem, Eccleſiæ titulo proponunt, nulli in ea agnoſcantur Boni (vt ſit ab illis, qui omnia opera hominum docent eſſe peccata, & nullam ineſſe hominibus Iuſtitiam, profitẽtur) quomodo Sancta Chriſti Eccleſia (ſicut in Symbolo confitemur) cenſeri poterit, in qua nullam dicant eſſe Iuſtitiam & Sanctitatem? Cumque propterea Seipſum pro Eccleſia tradiderit Chriſtus, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet Ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugã, aut aliquid huiuſ-

huiuſmodi,ſed vt ſit ſancta & immaculata: Ephe.5.
& de Sponſa Chriſti ſcriptum ſit, quòd Apoc.19.
Vxor præparauit ſe,& datum eſt illi,vt co operiat ſe byſsino ſplendenti, & candido (vbi byſsinum Iuſtificationes ſunt Sancto rum) & hac ratione Gentes ad eam allectæ ſint, quòd in ea docerentur vias Domini, & ambularent in ſemitis eius, & in lumine Dei ſui,quomodo igitur à Deo vo Iſa.2.
cati ad lumẽ,in tenebris ambulant? adhuc maculati,immundi,& rugis turpes? Si verò nulli mali, aut alicui crimini obnoxij, in ea verſentur (ſicut de colluuie ſua prædicant Anabaptiſtæ) quomodo de Eccleſia & eius Doctrina poterimus eſſe ſecuri? cùm nemo de alterius Bonitate ſibi certũ aliquid perſuadere poſsit. Sed aliter Chriſtus, qui Eccleſiam ſuam comparat tũ Sagenæ miſſæ in mare, & colligenti Bonos piſces & Malos: tum nuptiis,in quibus ſi- Matth.13.
mul qui caret veſte nuptiali, cum haben- Matth.22
tibus recumbunt: Item decem virginibus, Matth.25
quarum quinque ſunt fatuę,& quinq; pru dentes. Et apud Ioannẽ, Ego ſum (inquit) Ioan. 15.
vitis,& Pater meus agricola. Omnem pal mitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Vnde rectè in Vna Compage huius Vitis, etiam Palmites Infrugiferos eſſe

Digitized by Google

intelligimus.Quod etiam haud obſcurè in declaratione parabolę zizaniorũ ſignificauit, Bonũ (inquiẽs) ſemẽ,hi ſunt Filij Regni: zizania aũt,filij ſunt Nequã: Inimicus qui ſeminauit ea,eſt Diabol⁹: Meſsis verò, conſummatio ſeculi eſt: Meſſores aũt, Angeli ſunt.Sicut ergò colliguntur zizania,& igni comburũtur,ſic erit in cõſummatione Seculi.Mittet Fili⁹hominis Angelos ſuos, & colligẽt de Regno eius omnia ſcãdala. Vbi per Regnũ,pręſentẽ Eccleſiã(vti notũ eſt) intelligens,ſignificat,in Ea etiã Malos inueniri. Alibi verò ſeruũ nõ manere in Domo in æternũ aſſerit, & multos in Domo Patris eſſe mercenarios,per parabolam filij prodigi oſtẽdit.Præcurſor quoq; Domini,

Matth.3. Eccleſiã eius Areæ cõparat,quę Triticũ & Paleas habet.Apoſtol⁹ etiã Fornicariũ illũ declarat,poſt peccatũ eius,adhuc intus fuiſſe,& ob id præcipit,vt eijciatur. Quid enim (inquit) mihi de ijs,qui foris ſunt,iudicare?nonne de iis,qui intus ſunt,vos iu-

Corint.5. dicatis? Nam eos,qui foris ſunt, Deus iudicabit.Auferte malum (ſupple,iſtum hominẽ)ex vobis ipſis.Sicut enim Arca Noë

Gene.7. animalia habebat Munda & Immũda, ita in magna hac Eccleſię domo (iuxta Apoſ.) non ſunt ſolũ vaſa Aurea & Argentea,ſed

&

& Lignea & Fictilia:& quędã quidem, in honorẽ:quædã verò in contumeliã.Dicun tur verò iſti Mali eſſe intus, & Vera Eccle ſiæ Mẽbra,nõ ſolũ,quia externa Cõuerſatione & Sacramẽtorũ cõmunione nõ ſunt à Bonis ſeparati, ſed etiã,quia in Vna texturę Cõpage(vt verbis vtar B. Aug.)Bonis ita cohærẽt,vt Vnũ Corpus & Vnã Vineã Domini Sabaoth cum Ipſo cõſtituant.Vt, quãuis ſpiritu & vita gratię gratificãtis careant,omnibus tamẽ aliis Eccleſię Beneficiis,Iuribus & Priuilegiis gaudeãt & participẽt:vt nimirũ,tanquã propria ipſius Chriſti Mẽbra, (licet putrida)ab Ipſo tamẽ curẽtur,foueantur,protegãtur,& omniũ bonorũ,quę fiũt,cõmunione,ſuo modo fruãtur. Hæc ipſa Propheta de Regno Chriſti pręſagiebat,quãdo de Ipſo ſub perſona Dauidis loquẽs:In æternũ(ait)ſeruabo illi miſericordiã meã,& Teſtamentũ meũ fidele ipſi.Et ponã in ſęculũ ſęculi ſemen eius,& thronũ eius ſicut dies cęli.Si aũt dereliquerint filij eius Legẽ meã,& in Iudicijs meis nõ ambulauerint:ſi iuſtitias meas prophanauerint, & Mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum:miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo,

neque

2.Timo.2

Aug.li.4. cõ. Dona. cap.12. & Baſil.in illa verba Moyſi, Attende tibi ipſi.

Pſalm.88. Miſericordias Domini.

neque nocebo in Veritate mea, neq; prophanabo Teſtamentum meum, & quæ procedũt de labiis meis non faciam irrita: ſemel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar ſemen eius in æternum manebit, & thronus eius, ſicut Sol, in cõſpectu meo, & ſicut Luna perfecta in æternum, & teſtis in cœlo fidelis. Quibus ſubſignificat, in Regno Chriſti (quod eſt Eccleſia) futuros aliquos Filios Malos, quorum tamẽ malitia nõ obſtabit, quò minùs promiſsiones ſuas Dominus in Eccleſia ſua ſit impleturus.

Et hoc ipſum clariùs videtur, ex 7. cap. li. 2. Regum: Vbi de ipſo Rege Chriſto, tanquam vna cum Corpore perſona loquens, Ego ero ei (inquit) in Patrem, & ipſe mihi in Filium. Qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorũ hominũ: miſericordiam aũt meam non auferã ab eo, ſicut abſtuli à Saul. Vbi, niſi Malos etiam membra Chriſti, in hoc eiꝰ Regno intelligas, nõ habes, vnde iſtud rectè de Chriſto dictum tuearis. Quòd tamèn de Chriſto intelligi debeat, docet Apoſtolus ad Hebr. cap. 1. Vnde fit, vt, licet (Hebr. 1.) ſubinde non admodum ſancti ſint, quibus eſt commiſſa Eccleſiæ gubernatio, nihil tamen Eorum Mores obſtent, quò minùs,

(quia

(quia ſuam retinēt authoritatem) quæ ab Ipſis fiunt, firma ſint & rata, & eorum miniſterio Fides in Eccleſia rectè tradatur & cuſtodiatur. Id quod eleganter & eruditè contra apoſtolicos Bernardus oſtendit his verbis: Quod dicunt: nunquam iſta duo conueniunt, Peccatorem eſſe, & Epiſcopū, falſum eſt. Epiſcopus erat Caiphas: & tamen quantus Peccator? Qui in Dominum dictabat mortis ſententiam. Si negas Epiſcopum, arguet te teſtimonium Ioannis, qui eum, in teſtimonium ſui Pontificatus, prophetaſſe refert. Apoſtolus erat Iudas, &(licet auarus & ſceleratus) electus à Domino. An tu de Apoſtolatu eius dubitas, quē Dominus elegit? Nonne ego (inquit) vos duodecim elegi, & Vnus ex Vobis Diabolus eſt? Audis eum Electum Apoſtolum, & extitiſſe Diabolum: & negas, poſſe eſſe Epiſcopum, qui Peccator eſt? Super Cathedrā Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi, & qui non obediunt eis, tanquam Epiſcopis, inobedientię rei fuerunt, etiam in Ipſum Dominum pręcipientē & dicētem: Quæ dicūt facite. Patet ergò, quòd quamuis Scribę fuerint, quamuis Phariſæi, quāuis ſint maximi Peccatores: propter Cathedram tamē Moyſi, ad eos nihilominus per-

Ser. 66. in Cant.

Ioan. 12.

Ioan. 6.

Matth. 10
Act. 1.

Matth. 23

Bernard.

Digitized by Google

Luc. 10. pertinere, quod idem dixit: Qui Vos audit
Me audit, & qui Vos ſpernit Me ſpernit.
3. Reg. 19. An non Iehu ſuper Iſraël, & Azael ſuper
4. Reg. 8. Syriam, Deo ipſo Authore, Reges ſunt cō-
3. Reg. 12. ſtituti? Item Roboam, Ieroboam, Abiam,
13. 15. 16. Elam, Zambri, Amri, Achab, Ochoziam,
4. Reg. 1. Ieroboam, Achas, Manaſſen, nūquid ſce-
4. Reg. 3. leratiſsimos fuiſſe, & tamen Reges Populi
Dei, Scriptura teſtatur? Quemadmodum
etiam Dominus ſignificat, Seruū, qui mo-
rā faciēte Domino, percutit ſeruos & an-
cillas, licet malus ſit, manere tamen ſeruū
Luc. 12. & familiæ præfectum. Sicut & Apoſtolus
1. Cor. 4. inter Diſpenſatores, quoſdam etiam Infi-
deles agnoſcit. Quod clariùs Ioānes in A-
pocalypſi docet: Vbi Eccleſiarum agnoſcit
Angelos, quos tamen eiuſmodi peccatorū
reprehendit, propter quæ minatur illis ſui
candelabri & honoris ablationē. Quod in
Epiſcopo Eccleſiæ Sardienſis, & Laodicen
ſis potiſsimùm apparet. Quo ſanè Chriſtus
Dominus admodū ſalubriter Spei Eccleſię
ſuæ proſpexit. Nam (vt frequēter Donat.
proponit B. Auguſt.) quomodo de alicuius
Sacramenti fructu tranquilla confidentia
gaudebimus, ſi ſanctitas vera in Miniſtro
deſideratur? Quis enim nouit, an occulto
aliquo vitio ſuperbiæ Deo ſuo diſpliceat:

an

Digitized by Google

an ſuper omnia,& ex toto corde illum di ligat? Miſeros nos,qui ex tam incerta hominum conditione, in cardine noſtræ Salutis penderemus. Legat proinde eruditus Lector, B.Auguſt. in illud Pſal. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo, lib.1.contra Donatiſt.cap.7.& 8. Ibidem lib.3.cap.17.18. Ibidem lib.4.cap.2.12.13.15. Ibidem lib.6.cap.12.tract.61. in Ioannem: & 3.in Cano.Ioannis. Quod igitur ipſe ſæpè cõtra Donatiſt.habet:Malos eſſe extra Vnitatem illius Vnius Columbæ,& ad Domum Dei non pertinere, ſicut & in Pſal.121.ad illud:Adorabimus in loco: & lib.6.contra Donatiſt.cap.2.14.24. lib.1. contra Creſco.Grãmat.cap.29.Item quòd Soli Boni remittant peccata: ſicut lib.3.cõtra Donatiſt.ca.17.18.& 19. lib.5.ca.16.21. lib.6.cap.1.3.6. lib.7.cap.12.hãc habet interpretationem:quòd Soli Boni Spiritaliter quidẽ & Merito ſic intus ſunt,vt ſemper ibi ſint manſuri: cæteri verò,ad tẽpus tantũ ſuſtinẽtur,& poſtea (quia Seruus nõ manet in domo in æternum) eijcientur. Id quod palàm eſt ex lib.16.cõtra Donat. ca.14.29.30.lib.7.ca.31.43.50.51.li.5.ca.27 lib.4.cap.2.4.tract.61.in Ioan.Soli quoq; Boni apud eũ dicuntur remittere peccata: non

Tracta.6. in Ioan. queſt. 11. Matth.

Ioan.8.

non quia illis ſolis Poteſtas illa commiſſa eſt : ſed, quia ſolis eorum pręcibus & aliis pietatis operibus remiſsio peccatorum impetratur. Cum enim duo, ex Chriſti Inſtitutione, ad conſecutionem fructuum Sacramentorum requirantur, Pia nimirum Fides & Sacramentum, Eccleſia dicitur omnium Mater, quoniam qui in Illa Boni ſunt, ſuo gemitu omnibus gratiam Regenerationis & Vitę per Sacramenta à Deo merito Chriſti pręſtandam pariunt. Qua de re lege eundē lib. 5. cont. Donatiſt. cap. 2. lib. 4. cap. 4. 11. 24. lib. 6. cap. 15. 25. tract. 121. in Ioannem: homil. 27. ex 50. tract. 12. in Ioannem: lib. 1. quęſt. Euangelicarum, quęſt. 18. Epiſtola 225. His tamen non obſtantibus, rectiſsimè Vnam Sanctam Eccleſiam confitemur: tum, quia quicquid cōmuni iudicio tradit & obſeruat Sacroſanctum eſt: tum, quia plurimi verè Sancti in Ea habitant, quorum ſanctitas aliorum impietati ita pręualet, vt illis propediem eiectis, hi ſoli in ea ſint perpetuò regnaturi. Quia enim hora iam inſtat, qua Dominus de Ciuitate Dei diſperget omnes operantes iniquitatē, nō debet illa, ab eorum, qui ad horam tantùm in ea ſunt, conditione denominari.

Sexta

Digitized by Google

Sexta Eccleſiæ proprietas,

Eſt Antiquitas, quæ perpetua eſt, & Aliorum Congregationes tempore antecedit.

SExtus Eccleſię Character, eſt Antiquitas, qua à tempore, quo Chriſtus Spõſus eam colligere cœpit, ſemper & ſinè interruptione in Mũdo clarè refulſerit. Sicut enim ex Dauide, Eſaia, & Daniele nuper audiuimus, Regnũ, quod Chriſtus Dominus erigeret, non, ſicut alia Regna, erat Breue aut temporarium futurum, ſed Perpetuum & ſempiternum. Ponam (inquit) in ſæculum ſæculi Semen eius, & Thronũ eius ſicut dies cæli. Semel iuraui in Sancto meo, Si Dauid mentiar, Semẽ eius in æternũ manebit. Et, Thronus eius ſicut Sol in conſpectu meo, & ſicut Luna perfecta inæternum. Et altero loco: Fidelis erit Domus tua & Regnum tuum vſque in æternum ante faciem tuam, & Thronus tuus erit firmus iugiter. Quod ipſum Rex, ſuper Petram Regnũ iſtud ædificaturus, promiſit his verbis: Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & Portæ Inferi non præualebunt aduerſum eam. Et alibi: Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi. Sic enim exigit indiſſolubile illius

Pſalm. 88. 2. Reg. 7.

Matth. 16

Matt. vlt.

Spiritualis Coniugij vinculum, quo Chriſtus Eccleſiæ ſuę, tanquã Sponſus Sponſæ, in Vnam carnem vnitus eſt. Cuius rei Sa-
Ioan. 3. Epheſ. 5. cramentum (ſicut eſt apud Apoſtolum) habet inter coniuges Chriſtianos inſeparabile eorum Matrimonium. Et, quoniã Ipſe Caput eius eſt, & ipſa corpus illius: ſicut caput non deſerit vnquam corpus, neq; corpus ſe à capite ſeiungit: ita nunquam aut Chriſtus Eccleſiam, aut Eccleſia Chriſtum
Cap. 49. derelinquet. Vnde Eſaias: Dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei. Nunquid mulier poteſt obliuiſci infantem ſuum, vt non miſereatur filij vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper. Et alius: Sponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in Iuſtitia, & Iudicio, & in Miſericordia, & in Miſerationibus: & ſponſabo te mihi in Fide: & ſcies, quia Ego Dominus. Ideoque, quas conſtat ab Annis 50. aut 100. in Mundo eſſe exortas Congregationes, aut antea natas, & poſt iterum aliquot annorum centenarios reſuſcitatas, hoc ipſo manifeſtum eſt, nullam earum, Eccleſiam Chriſti conficere poſſe, recteque

illis

illis obijci, quod ex Homero obijcit illis Tertullianus: Qui eſtis? quando? & vnde veniſtis? Et, quod ex Hilario ſumitur: Serò venitis, nimis tardè, vt nos aliter de Chriſto, & eius Sacramentis, quàm ab initio nobis traditum eſt, doceatis. Siquidem bonum ſemen (vt nos docet Parabola Euangelica) non poſt, ſed ante zizania in Regno Chriſti ſeminatum eſt: poſt quod, hominum negligentia zizania ſuccreuerunt. Quare, quòd poſterioribus hiſce temporibus, nunc primum apparetis, non vos Semen Bonum aut Filios Regni, ſed zizania & filios Nequam eſſe demonſtratis. Neminem enim veſtrûm Catholici priorem ante ſe inuenerunt, ſed vos ad ipſos, à priori via eis ab initio tradita, deducendi, nouiſsimis temporibus acceſsiſiſtis. Qua nota Dominus ipſe, & Apoſtoli Vos tanquam Lupos & ſeductores, ab ouibus agnoſcendos eſſe docuerunt: mandantes, vt quod ab initio ſemel traditum eſt, in eo permaneamus: ab initio (inquam) quo quæque Regio ad Fidem Chriſti conuerſa eſt. Vnde quod ait Hieronymus accipe: Quiſquis es Aſſertor nouorum dogmatum, quæ-

De præſc. Hæret.
Lib. 6. de Trinit.
Matth. 13.
Matth. 7.
1. Timo. 3
2. Pet. 2.
1. Ioan. 2.
2. Ioan.
Iudas.
Ad Pām. & Oceanum.

Digitized by Google

quæſo te,vt parcas Romanis auribus,parcas Fidei,quæ Apoſtolico ore laudata eſt. Cur poſt quadringentos annos docere nos niteris? quòd anteà neſciuimus? Cur profers in mediũ? quòd Petrus & Paulus edere noluerunt? Vſq; ad hãc diẽ ſine veſtra iſta doctrina Chriſtianus Mundus fuit. Illã ſenex tenebo fidem,in qua puer natus ſum.

Septima Proprietas,

Quòd Eccleſia vbique floruerit.

SEptimum Eccleſiæ Symbolum, meritò aſsignatur: Tot vbique Populorum & Gentium in Vnam Chriſti Fidem Conſenſus. Vt promiſsiones factę Abrahæ: & aliæ de Eccleſię latitudine Propheriæ,per Chriſtum & Apoſtólos ac eorum ſucceſſores,in ea viſæ ſint,ac videantur impleri. Sic enim de Eccleſia iterũ atq; iterũ promiſſum Abrahæ, Iſaac & Iacob,
Gene. 22. legimus:Benedicam tibi, & multiplicabo
Eſaiæ 26. & 28. Semen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam,quæ eſt in littore maris. Poſsidebit Semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicẽtur in Semine tuo omnes Gẽtes terræ. Etenim propterea nomen ipſius mutans: Non (inquit) vocabitur nomen tuum

tuum Abram, ſed appellaberis Abraham. Quia Patrem multarum Gentium conſtitui te, faciamq́; te creſcere vehemẽtiſsimè, & ponam te in Gentibus, Regesq́; ex te egredientur, & ſtatuam pactum meum inter me & ſemen tuum poſt te, in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Et alibi: Educẽs eũ foras, ait illi: Suſpice cælũ & numera ſtellas ſi potes: & dixit ei: Sic erit ſemẽ tuũ. Et antea: In te benedicẽtur vniuerſæ cognationes terræ. Quibus accedens Propheta Dauid in perſona Chriſti: Dominus (inquit) dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam & poſſeſsionem tuã, terminos terræ. Et Pſal. 18. Cœli (inquit, de Apoſtolis loquens) enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum. Non minus in hoc argumento copioſus eſt Eſaias: Parum eſt, vt ſis mihi (Chriſto Pater loquitur) ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fœces

Gene. 17. Gene. 15. Gene. 12. Pſalm. 2. Eſa. 49.

Digitized by Google

Iſraël conuertendas. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi. Adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi, vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi iſtos? Ego ſterilis & non pariens, tranſmigrata & captiua, & iſtos quis enutriuit? Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad Gentes manum meam, & ad Populos exaltabo ſignum meum, & adferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt, & erunt Reges nutriticij tui, & Reginæ nutrices tuæ, vultu in terram demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et cap. 60. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Inundatio Camelorum operiet te, Dromedarii Madian & Epha. Omnes de Saba veniẽt, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. Rurſus etiam Dauid, Pſalm. 71. de Chriſto loquens: Dominabitur à mari

vſque

vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarũ. Coram illo procidẽt Æthiopes,& inimici eius terram lingent. Pſalm. 21
Reges Tharſis & Inſulæ munera offerẽt, Reges Arabum & Saba dona adducẽt, & adorabũt eum omnes Reges terrę, omnes Gentes ſeruient ei. Sit nomen eius benedictum in ſecula, ante ſole permanet nomen eius. Et benedicentur omnes tribus terræ, omnes Gentes magnificabunt eũ. Et iterũ: Reminiſcẽtur & cõuertentur ad Dominũ vniuerſi fines terræ,& adorabũt in cõſpectu eius vniuerſę familiæ Gentium. De his Prophetijs Chriſtus Dñs poſt reſurrectionẽ loquens, Sic ſcriptũ eſt (inquit) & ſic oportebat Chriſtũ pati & reſurgere à mortuis Luce vlt.
tertia die,& pręedicari in nomine eius pœnitentiã & remiſsionem peccatorũ in oẽs Gentes incipientibus à Ieroſolyma. Et in Actis: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem,& in Act. 1.
omni Iudæa & Samaria,& vſq; ad extremũ terræ,& pręedicabitis hoc Euangelium Matt. 24.
Regni in vniuerſo orbe, in teſtimoniũ omnib⁹ Gẽtibus. Quib⁹ Scripturis cõſideratis, neceſſe eſt, eã Solã Eccleſiã Chriſti cõfiteri, quę oſtenditur eſſe eiuſmodi, vt in eius, ſub fide Chriſti, Vnionẽ & cõmunionẽ, cõtinua pręedicatiõe, facto ab Ieroſolymis initio, oĩa

Digitized by Google

Regna terrę per circuitum, conſenſerint. Hoc enim in Apoſtolica Chriſti Eccleſia impletum eſſe, copioſus teſtis eſt Paulus ad Coloſſ.1. Propter Spem (inquiens) quæ repoſita eſt vobis in cœlis, quam audiſtis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, ſicut & in vniuerſo mundo eſt, & fructificat & creſcit. Et iterum poſtea: Si tamen permanetis in Fide fundati & ſtabiles, & immobiles à Spe Euangelij, quod audiſtis, quod prædicatum eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cœlo eſt. Solus enim Paulus (vt teſtatur ad Roma.) à Ieruſalem per circuitum vſque ad Illyricum repleuerat Euangelium Chriſti: cæteri verò, haud otioſi fuerunt. Non quòd ſingulatim omnes Fidem receperint (quia poſtea adhuc plurimi ſunt conuerſi, & adhuc conuertuntur) ſed quòd Apoſtolorum tēpore ex omnibus Gentibus, quę ſub cœlo erāt, plurimi Chriſtum amplexi ſunt, & Vnum eius ouile ingreſsi, fidem certam fecerunt, promiſsiones Patrum non eſſe irritas. Vt, quod in aliis adhuc reſtabat implendum, viſo tali principio, nemo, quin ſequeretur, poſſet ambigere. Cùm igitur ante 60. annos, nulla Regna, imò nulli homines, alicuius iſtarum Congregationū (quas quoti-

die

Digitized by Google

die nouas,& alias videmus exoriri)cognitionem habuerint: neq; vbi terrarum antea vnquam fuerint, poſsit oſtendi, propalam eſt,& eas à Semine Abrahę & Familia Chriſti lõgiſsimè eſſe ſeparatas:& rectiſsimè obijci illis poſſe,quod olim Manichęis propoſuit B.Auguſt.Siue(inquiẽs) paululũ mecum ipſe conſiderem Chriſtum ipſum, quomodo apparere hominibus voluit,qui iſtis etiam vulgaribus oculis viſus eſſe prædicatur (ego non vidi) quibus de illo crediderim, vt ad te iam tali fide præſtructus accedam, nullis me video credidiſſe, niſi Populorum atque Gentium confirmatę opinioni ac Famæ admodum celeberrimæ. Hos autem Populos Eccleſiæ Catholicæ myſteria vſquequaque occupaſſe. Cur nõ igitur,apud eos potiſsimum diligentiſsimè requiram,quid Chriſtus præceperit? quorum Authoritate commotus,Chriſtum aliquid vtile præcepiſſe iam credidi? Túne mihi meliùs expoſiturus es, quid ille dixerit, quem fuiſſe aut eſſe non putarem, ſi abs te commendaretur mihi,hoc eſſe credendum? Hoc ergò credidi,vt dixi,famæ celebritate,cõſenſione,vetuſtate roboratę. Vos autẽ,& tam pauci,& tam turbulenti, & tam noui,nemini dubium eſt,quin nihil

De vtilitate credẽdi cap.14.

dignum Authoritate præferatis. Tametſi enim omnes omniū Nouitatū ſectatores, permultis & variis locis diſperſi ſint: Alij hic, alij ibi: ſi tamē, qui inter eos per omnia Vni⁹ ſunt profeſsionis, ijs qui Cōmuni adhærēt Fidei conferantur, admodū pauci, & raris locis inueniētur. Vnde, cùm inter ipſos & nos (ſicut olim cū Donatiſtis) quæſtio

De vnita. Eccle.ca.2 verſatur: Vbi ſit Eccleſia? (Quæ vtiq; Vna eſt: quā Maiores noſtri, inquit Aug. Catholicā nominarūt, vt ex ipſo nomine oſtēderēt, quia per totū eſt: ſecundum totū enim, καθ' ὅλον dicitur) ex verbis Domini, qui optimè nouit Corp⁹ ſuū, quærēda eſt. Si enim Sanctæ Scripturæ, iam citatæ vel aliæ, Eccleſiam ijs tantū locis deſignant, vbi nunc agūt iſti, qui Caluini vel Martini vel Mennonis hîc & ibi ſparſim ſequuntur Inuentionem, certè iſti Eccleſiam tenebunt: ſin autē Chriſti Eccleſia Canonicarū Scriptu-

Ibid.ca.3 rarum diuiniſsimis & certiſsimis teſtimoniis, in omnib⁹ Gētibus deſignata eſt, quicquid attulerint iſti vel recitauerint, qui dicūt: Ecce hic Chriſtus, ecce illîc: audiamus potiùs, ſi oues eius ſumus, vocē Paſtoris noſtri: Nolite credere, nolite exire. Haud enim eius ſentētia de Eccleſia in citatis Scripturis & aliis obſcura eſt. Semen bonū nō

hîc

Digitized by Google

hîc aut ibi, ſed in agro.i.mundo,vſque ad
meſſem.i.finẽ ſęculi,vnà cum zizaniis(ipſo
teſtãte) creſcit.Sicut & ad Iacob de Eccle- Gene.28.
ſia eius dictũ eſt,quòd dilataretur ad Oriẽ-
tem & Occidentẽ & Septentrionẽ & Me-
ridiẽ. Aut igitur nobis dẽnt hanc Eccleſiã:
aut, ſi apud ſe eſſe hãc porrò iactitare per-
gãt,oſtendãt eã, quę apud ipſos eſt,cõmu-
nicaſſe aut cõmunicare omnibus Gẽtibus,
quas ſcimus in hoc Semine,qui Chriſt⁹ eſt, De vnita. cap.6.
benedici.Dẽt hãc:aut,furore depoſito,acci
piãt,nõ à nobis,ſed ab Illo ipſo, in quo be
nedicũtur oẽs Gentes.Nõ eſt obſcura quę-
ſtio,qua Simplices fallãt,quos ipſe Domi-
nus,vt iã ſemel dictũ eſt, prędixit futuros
atq; dicturos:Ecce hîc eſt Chriſt⁹,ecce illic,
ecce in deſerto, ecce in cubiculis, quaſi in
ſecretis traditionibus atq; doctrinis.Habe- Ibidem cap.20.
mus Eccleſiã vbiq; diffundi & creſcere vſq;
in meſſem:habemus Ciuitatẽ,de qua Ipſe,
qui eã cõdidit,ait:Nõ poteſt Ciuitas abſcõ
di ſuper montẽ cõſtituta.Ipſa eſt ergo,quę
nõ in aliqua parte terrarũ,ſed vbiq; notiſ-
ſima eſt. Hæc tẽporalis aliquãdo,etiam in
ſuis frumentis patitur tẽpeſtates,vt in qui-
buſdã locis nõ cognoſcatur,ſed tamẽ illic
latet.Neq; enim falli poteſt Diuina ſenten
tia:quoniã in mũdo creſcũt vſq; ad meſſẽ.
Quod

Digitized by Google

Quod ſi igitur cum Donatiſtis aliqui eorũ dicant ſe credere, quæ Scripturis prædicta ſunt, impleta quidem eſſe in initio, ſed poſtea Totũ Orbem terrarum apoſtataſſe, & ſe ſolos in Eccleſia permanſiſſe, ſimilis impudentiæ cum Donatiſtis reuincentur. Vt enim hoc contra Scripturas eſt, ita, cùm nullis Scripturis aut probabilibus argumẽtis docere id poſsint, quomodo (quæſo) oſtendent Eccleſias, quas Acta & Epiſtolę Apoſtolorum, ſimul & Apocalypſis tradũt toto orbe terrarũ, magno eorum labore, in virtute Spiritus Sancti, ſtupendis prodigiis fundatas, omnes Vnius alicuius iſtorũ fuiſſe Communionis. An Romani, Corinthij, Galatæ, Epheſij, Philippenſes, Coloſſenſes, Theſſalonicenſes, Cretenſes, Laodicenſes, Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitãt Meſopotamiam, Iudæam, Cappadociam, Pontum, Aſiam, Phrygiam, Pamphiliam, Ægyptum, & partes Lybiæ, Cretes & Arabes, & (vt paucis dicam) qui in Aſia, Aphrica & Europa Chriſto nomen dederunt, omnes fuerint Anabaptiſtę? Caluiniſtę? Confeſsioniſtę? aut, Martiniſtæ? præſertim, cùm ne de nomine quidem ante 60. annos aliqui iſtorum cogniti fuerint? Nam ſi quis velit pertinaciter dicere,

Ibidem cap. 12.

quòd

quòd fuerint,cuiuſnã,obſecro, ex his quatuor Profeſsionis fuerunt? Nam Vnã Fidem Vna Eccleſia toto orbe profitetur. Quando igitur totus orbis Ea, quęcunque demum ſit,relicta, in Vnã Romanę Fidei confeſsioné profecit? Quis tantę Princeps pacis,qui iſtis,quas experimur,diſſentionibus mundum liberans,ad tantam reduxit concordiam, qualis in Romana Eccleſia ante has Sectas viguit? Chriſtus colligit, Sathan diſpergit.Quisigitur hanc Diuiſionem Chriſto:illam Concordiam Diabolo concedit? Scitur,& omnium oculos incurrit eorum locorum deſolatio,qui à Catholica Religione paucis ab hinc annis deſciuerunt. Et quando totus orbis à Confeſſione Auguſtana vel Caluiniana defecit, ignoratur? O impudentiã. Interroga Maiores,& ipſi reſpondeant: An vnquam apud eos vſpiam prędicatum fuerit, quod poſterioribus annis,ab iſtis eſt excogitatũ. Aut,ſi qui aſtutiores ſunt,reſpondeãt:Scripturas adhuc eſſe implendas,& Dominum per ipſos iam cœpiſſe eas adimplere. Hoc nobis legãt,vnde ipſi à Domino commiſſionem habeant?Quid morãtur? quid tergiuerſantur? quid impediunt ſalutem Gẽtium?Oſtendant hoc,& nouos Apoſtolos Deute.32.

mit-

Digitized by Google

mittant Ieroſolymam, vt inde iuxta Vaticinia Prophetarum, & mandatum Domini Saluatoris, incipiant per circuitum Gentibus prędicare pœnitentiam. Nam ſic ſcriptum eſt: Quia de Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ieruſalem: Et ait Dominus: Incipientibus à Ieruſalem: Vt hac ratione omnium Apoſtolorum, Martyrũ, & Confeſſorum labores oſtendant fuiſſe inanes, & aliud eis prędicent Euangelium, quod ſe in literis eorum inueniſſe mentiuntur, quàm quod viua voce ſemel ab eis receperunt.

Eſai. 2.
Luce vlt.

Octaua Proprietas.

Quòd Eccleſia, comparatione Aliorum Conuentuũ, quæ de Fide Chriſti cum Ea contendunt, in omni quæſtione rationem habet Totius, & non Partis: vnde nimirum illæ, tanquam partes defecerunt.

QVia Scripturę Conuenticula, quæ nobis vitanda docent, proponunt tanquam Sectas (.i. ramos exciſos, & tales, quę ſegregant ſemetipſas, quę deficiunt, & egrediuntur) oportet Eccleſiam (ſi illam, quę Chriſti eſt, velimus inuenire) talem deſignare, quę cõparatione cuiuſque alte-

alterius (quę in exorta cõtrouerſia ab Ipſa diſſentit) habeat nõ Partis, ſed Totius, velut Corporis & Arboris, rationẽ. Vnde illę tanquam partes ſe ſegregant. Idcirco enim Paulus eam pingui oliuę: & qui ab illa deſciſcunt, fractis ramis comparat. Et nuper ipſam prę ſe ferre Corporis & Regni naturam oſtendimus. Hęreſes verò Paulus nomine Sectarum, quę ſe à toto ſecent & diuidant, inter opera carnis prædicat. Et Petrus Hęreticos damnat, quòd Sectas nõ metuunt introducere: & eiuſmodi nota Magiſtros Mẽdaces deſcribit, quòd introducant Sectas perditionis: Iudas autem, quòd ſegregent ſemetipſos: Rurſus Paulus, Quia nouiſsimis temporibus diſcedãt quidam à Fide: Et in Actis, quòd abducãt Diſcipulos poſt ſe: Ioannes autem, quòd Eccleſiam relinquant, Ex nobis (inquiens) prodierunt, ſed non erant ex nobis. Quibus omnibus ſignificatur, Eccleſiam Chriſti eſſe quandam integram, pręexiſtentem Communitatem, cuius Hęreſes quidem aliquando partes fuerunt, ſed poſtea ab illa defecerunt. Quicunque igitur à Corpore Chriſti (quod eſt Eccleſia) ita diſſentiunt, vt, licet de Capite Chriſto Hęreticos non adhæreant, eorum tamẽ Communio non

Rom. 11.
Galat. 5.
2. Pet. 2.
1. Timo 4
Cap. 20.
1. Ioan. 2.

ſit cum Toto, quacunque diffunditur, ſed in aliqua Parte ſeparata inueniatur, Manifeſtum eſt (inquit B. Auguſt.) eos non eſſe in Catholica Eccleſia. Nam hoc ſenſu, Eā Catholicam in Symbolo confitemur: quia ſemper, ſeu per omne tempus, vbiq; velut integrum Corpus floruit. Qua ratione etiā Dominus eam à cæteris apud Matthęum diſcerni voluit. Vbi Illā Corpori, ad quod prudentes aquilę conuolant: & Hęreſes, partibus hic & ibi iacentibus, aſsimilat.

De vnita. cap. 4.

Vnde B. Auguſt. Vbicunq; ſunt iſti, (nēpe, Nouatiani, Arriani, Patripaſsiani) illic nō eſt Catholica (ſicut in Aphrica vbi & vos ſcilicet Donatiſtę) non autē vbicunque Catholica eſt, aut vos eſtis aut hęreſis quęlibet illorum. Vnde apparet, quę ſit Arbor, Ramos ſuos per vniuerſam terram copia vbertatis extendens: & qui ſint Rami fracti, non habentes vitam radicis, atque in ſuis quique latentes & creſcentes locis.

Cōt. Creſcent. grā-mat. lib. 4. cap. 60. & 61. epiſ. 80

Porro autem, in cuiuſque Partis ſeparatione, facilè ex ipſa quantitate & natura Corporis habentis Caput, videri poteſt, quodnam ipſum ſit Corpus quod relinquitur: quęque pars, quę ab inde diuiditur. Quando enim vnus & alter, aut certè reliqua multitudine eiuſdem Corporis, notabiliter

multò

Digitized by Google

multò pauciores, nolunt amplius eiuſdem cum cæteris Communitatis eſſe membra, ſed proprio ſenſu retento, nouam faciunt Congregationẽ, quis non videt, iſtos Nouatores, eorum comparatione, qui communi ſenſui adhærent, Partes eſſe: manentem verò multitudinem, corpus. Vnde ſe illi ſegregant. Cùm igitur exire aliqua Communitate dicitur, qui cùm pars eius antea fuit, iam ampliùs eſſe nolit, manifeſtum eſt, non illos ex iſtis, ſed iſtos ex illis (ſicut Ioannes loquitur) abiuiſſe. Quod etiam in quauis Republica facilè videre licet, dum quibuſdam illuc habitandi cauſa ſe conferentibus, aliiſque recedentibus, quænam ipſa Communitas ſit, ex iis qui Communitati adhærent facilè declaratur. Et quòd ad Hæreſes attinet, facillimum id eſt, cùm quæque primùm aduerſus Eccleſiam exoritur. Quid igitur faciet Chriſtianus Catholicus, ſi ſe aliqua Eccleſiæ Particula, ab Vniuerſalis Fidei Communione præcideret? Quid vtique, niſi vt peſtifero, corruptoque membro, Vniuerſum Corpus anteponat. Lyrinēſis.

Digitized by Google

Nona Proprietas,

Eſt vnitas cum Eccleſia Apoſtolorum & Diſcipulorum Chriſti.

QVoniam etiam manifeſtũ eſt, quos Chriſtus in Palæſtina collegit Diſcipulos,& ſuper quos Spiritus Sãctus viſibiliter in die Pentecoſtes deſcẽdit, Veram Chriſti Eccleſiam fuiſſe, & omnes promiſsiones ad Vnam eorum ſocietatem, tanquam perpetuò futuram pertinere, neceſſe eſt,eiuſmodi Congregationem inuenire,quæ primę illi ita connexa ſit,& ſuccedat,vt vnam cum illa Rempublicã conſtituat , & corpus illius in ſe referat : quæ nimirum multis exeuntibus , veluti illius reliquiæ inde remanſit, ita vt veraciter affirmari poſsit,quòd hæc ipſa,quæ demonſtratur Eccleſia, ſit illa , quæ à Ieſu Chriſto in Iudæa collecta in omnes mũdi partes diffuſa eſt, & nunquam vllis procellis ſuppreſſa aut abſcondita hucvſque ſine interruptione perſeuerat. Idcirco enim Vnã Eccleſiam iuxta Scripturas in Symbolo confitemur, non tantùm, quia ſemper Vnam Fidem retinet,ſed etiam quia perpetua ſucceſsione , Vna & Eadem manet.

Vna

Vna eſt (inquit Sponſus) columba mea, perfecta mea: Vna eſt Matri ſuæ, electa genetrici ſuæ. Et: Alias Oues habeo, quæ non ſunt ex hoc Ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet Vnum Ouile & Vnus Paſtor. Idque propterea, quia conditio amabilium nuptiarum inter Chriſtum & Eccleſiam non admittit, vt quam primùm ſibi coniunxit, pro qua etiam ſanguinem ſuum fudit, mori aut interire patiatur, & aliam poſtea ſuperinducat. Nam propter hanc inſeparabilitatem, etiam de Chriſto & Eccleſia dictum eſt, quòd erunt duo in carne vna. Quemadmodum & vnius Capitis natura non admittit, vt diuerſa ſibi corpora viciſsim habeat vnita. Tum etiam, quia omnes Prophetiæ & promiſſiones Eccleſiam concernentes, ad primos illos diriguntur, tanquam vna illa eorum ſocietas perpetuo eſſet & vbique futura. Aſcendamus (inquiunt) ad Domum Dei Iacob. Quia de Sion exibit Lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Et: Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus: Ecce Saluator tuus venit, Et regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion ex hoc nunc & vſque in æternum.

Cant. 6.
Ioan. 10.
Eſa. 2. 62.
Zacha. 9.

Michææ 3 In monte Sion erit Saluatio. Et in die illa
Abd.1. dicetur Ieruſalem : Noli timere Sion, non
Sopho.3. diſſoluantur manus tuæ. Dominus Deus in medio tui, fortis. Quas, & infinitas alias Scripturas, manifeſtum eſt, ad ſanctum eorum collegium pertinere, quos Dominus in Sion & Iudæa collegit, Et qui ex eorũ ſocietate, aliis abeuntibus, velut reliquiæ permanſerunt. Sicuti Propheta, Derelin-
Sopho.3. quam (inquit) in te Populum pauperem & egenum, & ſperabunt in nomine Domini, reliquiæ Iſraël non facient iniquitatem. Sicut promiſsiones illæ Chriſti: Ecce
Matt.vlt. ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Et, vos eritis mihi teſtes vſ-
Act.1. que ad vltimum terræ. Et, alium Paracle-
Ioan.14. tum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum, ad eoſdem referũtur : Quemad-
1.Cor.11. modum & hæc Pauli : Mortem Domini
1.Theſſ.4 annunciabitis donec veniat : Deinde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu Domini, non prę ueniemus eos, qui dormierunt. Quibus apertè declaratur, eam ipſam Societatem, quę vera erat Eccleſia Chriſti, eandem ad finẽ vſq; permanſurã. Quando igitur, quibus iſta tunc dicebãtur, non erant ſemper aut vbique futuri, (cùm quiſq; eorũ mortalis erat, & mortuus ſit) quo

quo pacto veraciter ad illos dici potuerũt, niſi propter aliorum appoſitionem & ſucceſsionem, qua priorum voluntate, conſenſu & opera, alij eorum ſocietati adiungerentur, & ad eandem bonorum, iurium ſeu priuilegiorum communionem admitterentur, Atque in decedentium loca alij ab ipſis, quibus diſpenſatio credita erat, aſſciſcerentur. Sicut in Act. legitur, quòd numero Diſcipulorũ appoſitę ſint die illa animę circiter tria millia. Quomodo Regna Fluminos, & Arbores videmus eadẽ perſeuerare. Sicut etiam Apoſtolus declarat Iudęis, ex bona oliua exciſis, nos, qui alioqui oleaſter eramus amarus, illi per Chriſtum inſertos eſſe. Vnde (ſicut alibi teſtatur) iam nõ ſumus hoſpites & aduenę, ſed ciues ſanctorum & domeſtici Dei. Quare pręclarè B. Auguſt. aduerſus Fauſtum, & ſimilis notæ Hæreticos conſulit, vt ſi quis de Euangelijs & Scripturis, an Legittimę ſint, dubitet, id credat, quod inuenit in Eccleſia, quę ab ipſius Matth. primis tẽporibus, vſq; ad hoc tempus certa ſucceſsionũ ſerie fuiſſe declaratur. Nã cùm neceſſe ſit, alterũ eorum, quę nos & illi dicimus, eſſe falſum, cur non illud à Chriſto eſſe credimus, quod illa Eccleſia, ab ipſo Chriſto inchoa-

Act. 2.

Rom. 11. Ephe. 2.

Lib. 28. cap. 4.

 choa-

choata, per Apoſtolos prouecta, certa ſucceſsionum ſerie vſque ad hęc tempora toto orbe terrarum dilatata, ab initio traditũ & conſeruatũ agnoſcit, quàm quòd eadem Eccleſia incognitũ repellit? Et B. Hieronymus: In ea Eccleſia permanẽdum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, vſq; ad diẽ hãc durat.

Ibidem cap. 2.

In fine Dialogi cõt. Lucif.

Decima Proprietas,

Eſt, cum Cathedra Petri Communio.

SIcut Dominus olim, quando multæ iam ex Adã & Noẽ eſſent generationes in terram diffuſæ, vt in agnoſcẽdo benedicto Semine, iã homini promiſſo, nõ erraretur, certã Familiã Abrahæ deſignauit, vnde illud naſceretur: &, cũ hęc iterũ eſſet multiplicata, tũ ex Iuda: Deinde, quò diſtinctior eſſet familia, ex Dauide, cui⁹ Domus propter Regiũ ſtemma facilè obſeruari poterat, Chriſtũ naſciturũ ſignificauit: Ita Regnũ ſuũ Chriſtus in orbe erecturus, cùm ſciret multos, qui ſe titulo, & nomine Doctrinę Chriſtianę venditarent, eſſe venturos, ne diuerſarũ Congregationũ confuſione aberraremus, Eam multis argumẽtis ſuã eſſe declarauit, quę Petro ei⁹ Apoſtolo, & ei⁹ ſucceſſori cõmunicaret. Cũ enim ipſe primùm nomine Simõ, ad Chriſtũ veniret,

non

non ſine cauſa nomen eius futurũ Cephas .i.Petra ſeu Rupes iudicauit: nimirũ quòd poſtea fecit, inſinuãs ſe ſuper Petrũ Eccleſiam ſuam ædificaturum. Ego (inquit) dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo Eccleſiã meã, & portę Inferi nõ pręualebunt aduerſus eam. Quicquid enim quis hîc cõmentetur, clariſsimũ eſt, Dominum Petro, pro inſigni illa cõfeſsione, aliquid magni polliceri: quod, obſecro, quid eſſet, ſi nihil aliud, quàm quòd ipſe hoc nomine Petrus (quod tũc ſatis erat cõmune) vocaretur? Et quid ad Petrum, quòd ſuper Chriſtum Eccleſia eſſet ædificanda? Adde, quòd Chriſtus aliquid, nunquam antea à ſe factũ, pollicetur ſe facturũ? Cùm itaq; Eccleſia ab origine mũdi ſuper Chriſtũ fuiſſet ædificata (agnus enim ab origine mũdi occiſus legitur) futura hęc ædificatio ſuper Petrũ neceſſariò eſt intelligẽda. Id quod ipſa demonſtratio (ſuper hãc Petrã. Cùm nihil de Chriſto Petra pręceſſerit) palàm euincit. Quod autẽ genus mutetur, Gręca dictionũ ſignificatio, &, quod eſt vtrobiq; in Hebraico & Syriaco Euangelio, Cephas, nihil in re mutari declarant. Quare quod eruditiſſimi veteres hinc intellexerũt: [a]Tertullianus, [b]Cypria. [c]Hylarius, [d]Hiero. [e]Chryſoſt.

Matt. 16.

a. de præſcript. hæret.
b. Epiſt. 9 lib. 4.
c. in Matthæum.
d. in 26. ca. Eſa, in 6. & 7. Amos. In fine Abdiæ.
e. Homil. 2. in Pſal. 50. homil. 55. in Matthæum.

Digitized by Google

a. In ſer. de pœnitẽtia. [a] Baſilius, [b] Ambroſius, [c] Auguſtinus, acci-
b. Lib. 4. in Lucã. piamus: Petro videlicet hîc promiſſum eſſe,
c. Lib. 1. c. 21. retract. & in Pſal. 69. quòd eſſet Fundamentũ Eccleſiæ futurus, perinde ac ſi Domin⁹ Petro dixiſſet (quod genus perſonę prohibuit) Tu es Saxũ, Rupes & Petra, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Quod ſi quis abſurdum iudicet, & amplius, quàm pro hominis conditione, Deum, qui talem honorẽ dedit hominibus, hoc nomine glorificet, & aduertat, quòd Propheta obedientẽ & fidelem Abraham, Petram appellet: Attẽdite (inquiens) ad Petrã, vnde exciſi eſtis:

Eſaiæ 51. & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Promiſſum igitur à Domino eſt, quòd Petrus in eius abſentia Eccleſiæ ſuæ Paſtor & Pater eſſet futurus, cuius Authoritate & Poteſtate immobiliter in recta Fide & bonis moribus dirigeretur. Quamobrem, ſicut inſeparabilis eſt Domus à communione ſui fundamenti, ita Eccleſia Chriſti ſine Communione Petri exiſtere iam non poteſt. Quod etiam apud Marcum, Lucam & Ioannem Dominus ſimili modo declarauit. Nam a-

Marc. 13. pud Marcum non obſcurè, Petrum, cui claues apud Matthæum promiſerat, Ianitorẽ

forę

fore ſignificat. Cui præcepit, vt ſuper Domum ſuam & ſeruos ſuos, quibus dedit poteſtatem cuiuſq; operis, vigilaret. Et apud Lucam ait Dominus Simoni: Simon ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribaret, ſicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt nõ deficiat Fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma Fratres tuos. Vbi licet aduertere, quòd cùm omnes à Diabolo ſint expetiti, in ſolius tamẽ Petri ſoliditate omniũ cõfirmatio promittitur. Apud Ioan. verò, præſentibus quoq; aliis Apoſtolis, omnes ſuas oues Petri Gubernationi ſubijcit. Simon Ioannis, inquiẽs, Diligis me plus his? Et ille: Etiã (inquit) Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce Agnos meos. Et iterũ: Simon Ioãnis diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei iterũ: Paſce agnos meos. Et tertiò: Simõ Ioannis amas me? Et cõtriſtatus Petrus: Domine, tu omnia (inquit) noſti, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei: Paſce oues meas. Ex quibus perſpicuum euadit, eos nõ pertinere ad Ouile Chriſti, qui Petrum Paſtorẽ non agnoſcũt, neq; aliquã cũ Ianitore Familię Chriſti & confirmatore communionem habẽt. Nam ſine diſcrimine & exceptione, ipſum Totius Domus Ianitorem, omnium fratrum

Cap. 22.

Cap. 21.

Digitized by Google

Confirmatorem, & omnium agnorum & & ouium Paſtorē conſtituit. Ideoq; Mat-
Cap.10. thæus cum primum Apoſtolorum in electione ipſorum affirmat, ita ſcribens: Duodecim Apoſtolorum nomina ſunt hęc: Primus Simon, qui dicitur Petrus. Neque enim primus fuit ille Vocatione, cùm Andreas ante ipſum vocatus ſit. Neq; ordine tantùm à Matthæo primus appellari debuit, cùm etiam Iudam hac ratione primū appellare potuiſſet. Quare ſic eum ordine primum affirmare intelligendus eſt, vt etiā Authoritate & Dignitate primum intellexerit. Quod ipſum arguit, quòd Petrus poſt Domini Aſcenſionē, tanquā Ouilis Chriſti Ieroſolymis relicti Paſtor, & Superior, loco Iudæ alium Apoſtolum eligendū di-
Act.5. ſcernit. Et miſſo Spiritu, ipſe dux verbi erat. Et Ananiam cum Zaphyra vxore, tanquam in ipſam Cōmunitatem Authoritatem habens, caſtigabat. Poſtremò, quàm neceſſaria ſemper fuerit Communio cum Petro, ipſe Apoſtolus Paulus teſtatiſsimū facit, quando ad Galatas ſcribens, declarat
Cap.2. ſe Ieroſolymam aſcendiſſe, ſecundum Reuelationem, & contuliſſe cum Petro Euangelium, quod prædicaret in Gentibus, ne forte in vanum curreret & cucurriſſet,

riſſet. Quia licet de doctrina ſua certiſsimus erat, niſi tamen eiuſdem cum Petro Societatis apparuiſſet (vt contra Fauſtum ait B. Auguſtinus) Eccleſia illi non credidiſſet. Sicut & in Act. legimus, quòd ſuborta Antiochiæ quæſtione, & facta non modica Pauli & Barnabæ aduerſus Iudaizantes oppoſitione, conſtitutum eſt, vt aſcenderent ad Apoſtolos, qui erant Ieroſolymis. Quorſum id, obſecro, cùm Paulus cæteris Apoſtolis authoritate inferior non erat? niſi, quia propter Petrum coniunctum maior apud eos erat. Omitto multa alia Argumenta & indicia, quibus Chriſtus in ſua cum Petro communicatione frequenter hæc ipſa inſinuauit. Propter quòd præclarè Hieronymus: Quorundam circà manentium antiqua in me ſurgit Authoritas. Ego interim clamito: Si quis Cathedræ Petri iungitur, meus eſt.

Lib. 28. cap. 2.

Act. 15.

Ad Damaſum.

Vndecimum ſignum,

Eſt eorum, qui ſe Eccleſiæ membra confitentur, in Fide Conſenſus & Vniformitas.

Quoniam

Digitized by Google

QVoniam Deus Vnus eſt, apud quē non eſt tranſmutatio neque viciſſitudinis obumbratio, cuius Spiritu docetur & gubernatur Eccleſia, fieri nō poteſt, vt cœleſtis Ieruſalem Domus & Familia Chriſti (cuius participatio eſt inidipſum) in Fide ſibi non conſentiat. Vt impoſsibile ſit, Eam eſſe Eccleſiam Chriſti, in qua alij aliter de Fide, ſine concordi in ipſius Communitatis iudiciū ſubmiſsione, ſentiunt: vel, quæ eadem nūc aliter, quàm antea, de eodem articulo iudicet. Neque enim ab eodem Veritatis Spiritu cōtraria proficiſci poſſunt: neq; Chriſtus in Regno ſuo eiuſmodi diſſentionem admittere. Omne enim Regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit, ſed domus ſuper domum cadet. Regnum autem Chriſti, Regnum eſt ſempiternum. Vnde ipſo ſole clariùs eſt, infallibilem illam Eccleſiæ Authoritatem, propter quam Firmamentum eſt & Columna veritatis, apud eiuſmodi Familiam non reſidere, quæ, cùm huius aut illius Religionis nomine cenſeri cupit, nō in omnibus tamen ſibi ſemper conſentit. Cùm enim alterum contrariorum ſit neceſſe falſum eſſe, cur in eadem Familia his potiùs,

Iacobi 1.

Pſalm. 121.

Matth. 12.
Luc. 11.

potiùs, quàm illis credam? Et quare eidem nũc potiùs, quàm antea Fidem adhibebo? Si enim ſemel falſa eſt, aut mentita, cur nõ falli aut mentiri nunc quoq; poteſt? Præcipit Apoſtolus, vt idipſum dicamus omnes, & non ſint in nobis ſchiſmata, ſimus autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadẽ ſententia, vt vnanimes & vno ore honorificemus Deum, & in eadem permaneamus regula, quæ cùm in Eccleſia Chriſti obſeruari debeant, in nullo hominum numero impleri poſſunt, niſi qui in Fide perpetuò ſibi conſentiunt. Id quod etiam fieri non poteſt, niſi apud eos infallibilis & viuẽs quædã ſit Authoritas, cuius ſentẽtiã, in iis quę exoriuntur cõtrouerſiis, cõcorditer ipſi ſequãtur. Cùm igitur tres aut quatuor generali nomine peſtes hac tẽpeſtate graſſentur, videlicet, Alia Anabaptiſtarum, alia Martinenſium ſeu Confeſsioniſtarum, ac Caluiniſtarum alia, Sectæ, præter alia, ex hac etiam Nota (quòd miſerabiliter inter ſe ſunt diſſectæ) velut Leones ex vnguibus, dinoſci poſſunt. Tot enim inter eos, qui etiam vno eodemque nomine cenſeri volunt, (ſi omnia quæ ad Fidem Catholicam pertinent aduertas) extant opiniones, quot ferè inter eos capita verſantur.

1. Corin. 1.
Rom. 15.
Philip 3.

Quis

Quis enim facilè commemorabit, quàm inter ſeſe Martiniſtæ & Confeſsioniſtę de numero Sacramentorum: de Natura Iuſtificationis: de Præſentia Corporis Domini cum pane, diſſentiant ac diſcrepant? Aliis, imò iiſdem, nunc, Vnum: nunc, Duo: nunc tria: nunc, quatuor Sacramenta recipientibus. Qui ijdem etiam de Dogmate Iuſtificationis facilè 25. ſententias pepererint. Item, quàm variè & ambiguè ſe Caluiniſtę in verbis Cœnæ, & Fide Iuſtificante: rurſus, in bonorũ & malorũ operũ origine & mercede: Sanctorũ Interceſsione, Libero Arbitrio, ſe torqueant? Ad hæc, quàm inconſtanter Anabaptiſtæ, de peccato Originali, Neceſsitate Baptiſmi, & aliis infinitis doceant? Quæ, quoniam latiſsimè optima Fide à Cochleo, Staphylo, & R. Domino Lyndano Ruremundenſ. Epiſcopo declarantur, ad Eos Lectorem remitto. Qui etiam ab illis, qui eos quotidiè experiuntur, abundè ediſcere poteſt. Vtcunque igitur de Singulorũ Fide res habeat, quia tamen Eccleſia Notabilis eſt hominum Congregatio, fieri certè non poteſt, vt illa nomine Eccleſiæ deſignetur, in qua eiuſmodi diſſenſio deprehenditur. Quod ſi duo aut tres inter eos eiuſdem per omnia

Fidei

Fidei dicantur inueniri, Reſpondendũ eſt: Primùm tãta paucitas Catholicã Chriſti Eccleſiã nõ poteſt cõſtituere: Deinde etiã difficillimũ eſt id in hominibus, qui tã inſtabili & incerto Fundamento, proprij videlicet Capitis intelligentia, nituntur, deprehendere & demonſtrare: Tertiò, Ipſum Dogma, quodcunque ſit, in receſſu vel ſecrum, vel cum veriſsimis notiſsimiſque Scripturis pugnabit: Poſtremò, ſtatim cùm ſe Sors illa multiplicare cœperit, hæc deformitas, velut propria eiuſmodi hominũ ſoboles, apparebit: vt illicò manifeſtũ futurum ſit, ipſam, quæ ſic nũc eſt multiplicata, Eccleſiam Chriſti non fuiſſe. Quamuis nullos eorum inueniri credam, tam impudentes, qui penes ſe infallibilem illam (quę Eccleſiæ propria eſt) Authoritatem profiteri audeant. Statim enim modica facta multiplicatione, progreſſus eos præſumptionis argueret, & firmum Veritatis Fundamentum apud eos non eſſe oſtenderet. Fieri quidem poteſt, vt nonnulli etiã in Eccleſia Chriſti de rebus nonnullis diuerſum ſentiãt: ſed in hoc à Notę iſtius turpitudine vindicantur, quòd quæſtiones illæ Fundamenta Religionis non concernunt, & omnia ſua, Vnius Eccleſiæ iudicio

Digitized by Google

iudicio ſubmittunt. Atque ideo ſuas ſententias, in quibus differunt, nulli pro Fide ab omnibus recipienda proponunt, ſed viris eruditis vlterioris inquiſitionis occaſionem tantùm propinant. Quando ergò in nulla eorum, qui Eccleſię Romanę aduerſantur, Synagoga, eiuſmodi Certa eſt ratio & Fundamentum concordiæ ac Vnitatis: (quia non aliam profeſsionis Fidei regulam admittunt, quàm Scripturæ Literam, eamq́ue, non iuxta communem, ſed propriam cuiuſque intelligentiam expoſitam: quæ admodũ inſtabilis & incerta eſt,) clariſsimum eſt, apud eos Regnum Chriſti, & viſionem pacis ſeu Ieruſalem nõ poſſe inueniri, ſed eos eſſe, quos Iudas Apoſtolus nubibus ſine aqua comparat: tanquã qui ſine ſtabili Concordiæ fundamento circũferantur (vt Paulus ait) omni vento doctrinæ.

XII. ſignum Eccleſiæ,

Eſt quòd inter contrarias & diſſectas Hæreticorum Sectas, velut media, ab eis oppugnatur.

HAud obſcurum quoq; Veræ Eccleſię argumentum eſt, quòd etiam ab omnibus, qui communi iudicio cenſentur

Digitized by Google

ſentur Hæretici ſemper oppugnatur: & quòd illi,qui Eccleſiæ aduerſantur,per receſſum ab illa,facti ſunt ſibiipſis contrarij. Quia enim Bonum & Verum nunquam Bono & Vero aduerſatur: & contrarietas non, niſi per receſſum ab Vnitate & Mediocritate conſurgit,facilè,qui aliquid naris habet,aduertit,illam Societatem Bonã eſſe,quæ ab iis,qui communi iudicio cenſentur mali,oppugnatur: & Veritatẽ (quę in conſęnſione & æqualitate cõſiſtit,quia, vt Nazianzenus ait, quod Verũ eſt,Vnum eſt:mendaciũ verò multiplex) penes Eam reſidere,quę cùm ſibi in omnibus Conformis ſit, Alias ſibi habet oppoſitas,quæ per receſſum ab Illa,& inter ſe,& cum Illa digladiantur. Sicut per diſſenſionem Prodigalitatis & Auaritiæ,quæ inter eas cũ Liberalitate ex receſſu à mediocritate Liberalitatis conſurgit,huius,bonitatem: & illarum maliciam Studioſus Virtutis facilè deprehendet. Quod de Eccleſia inter hæreſes elegãter à Propheta olim prædictum eſt: Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit. Manaſſes, Ephraim: & Ephraim, Manaſſen: & ſimul ipſi, contra Iudam. Quod ipſum quoque Ioannes in Apocalypſi vidit: Apud quem Gentes ſeductæ *Eſaiæ 9.* *Cap.20.*

à Sathana aſcenderunt ſuper latitudinem terræ, & circumierunt caſtra Sanctorum, & ciuitatem dilectam. Dic igitur, quiſquis alicui Nouatorum iſtorum adhæres, cùm Communi iudicio Apollinarem, Arium, Macedonium, Nouatum, Neſtoreum, Eutichen, Macharium, Donatum, Pelagium, & ſimiles peſtes abominabamur, quæ, obſecro, eorum tempore fuit Eccleſia, quam tam horribiliter ſunt perſecuti? Et cuius deſertione accidit, vt ipſi mutuò ſe confoderent? Seriò igitur retinenda eſt Admonitio D. Pauli, vt obſeruemus eos, qui diſſenſiones & offendicula, præter do-
Roma.16 ctrinam, quam didicimus, faciunt: & caueamus, ne Doctrinis Variis & peregrinis abducamur: Varias appellans, quæ variabili ſeu inconſtanti Fundamento nituntur, & per receſſum ab Vno, ſibi non ſunt conformes: Vt, quanquam non ſit omnino par, quæ de contrariis vitiis inuenitur ratio, hoc tamen Diuina prouidentia ita futurum præſignauit, vt ab eis cauendum nobis eſſe doceret.

Decimatertia Proprietas eſt,

Authoritas Miraculis confirmata.

Poſt

Digitized by Google

POſt hæc, Miracula, quæ Chriſtus Eccleſiam ſuam ſecutura promiſit, Eam faciunt Sole illuſtriorem. Nam, ſigna (inquit) eos qui crediderint hæc ſequentur: In nomine meo Dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: Serpentes tollent: &,ſi mortiferum quid biberint,non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt. Sicut enim huiuſmodi Miraculis Verum Meſsiam Prophetę olim deſignarunt (Nam Eſaias ait: Tunc aperientur oculi cœcorum, & aures ſurdorum patebunt: tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: Cuiuſmodi etiam ſignis Chriſtus, pręſentiam Meſsiæ Diſcipulis Ioannis confirmauit: Euntes,inquiens,renunciate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis: Cœci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt) ita Chriſtus per ſimilia Eccleſiam ſuam à Synagogis Sathanæ agnoſci voluit. Quamuis etiam non omnes hæc in Eccleſia faciunt, Ipſam tamen Communitatem hæc, diuerſis Locis & Temporibus, pro Diuinæ Prouidentiæ diſtributione, conſequuntur. In qua autem hominum Societate, hæc olim per

Marc.vlt.

Eſai.35.

Matth.11.

orbem ſæpiſsimè, denſiſsimeq; contigerunt & adhuc quotidie fiunt, nemo eſt, quem latere poteſt. Nam, quæ apud B.

22.lib.ca. 8.de Ciu. Auguſtinum, Euſebium, Cyprianum, Hieronymum, Epiphanium, Gregorium, Bedam, Nicephorum, & alios referuntur, minima ſunt pars eorum, quæ Benigna Dei Omnipotentia ad Fidei confirmationẽ in communione Romanæ Eccleſiæ huc vſq; non deſinit operari. Quod autem hæc Signa ſufficiunt, vt, quę ab Hac Eccleſia traduntur, credantur Vera eſſe, & à Deo profecta, teſtatur ipſe Dominus, qui non maioribus propriæ ſuæ Doctrinæ Veritatem

Ioan.5. comprobauit. Ipſa opera (inquit) quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me. Non

Ibidem cap.14. creditis, quia Ego in Patre, & Pater in me eſt? alioqui propter Opera Ipſa credite. Eiuſmodi enim prįclara & Diuina opera Dæmoni accepta ferre, grauiſsima Blaſphemia eſt, & peccatum in Spiritum Sanctũ. Quo ipſum Dæmonem Deum eſſe confitentur. Nam nõ aliis Miraculis perſuaſum eſt mundo, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Vnum eſſe Deum omnipotentẽ, quàm eiuſmodi, quę à Chriſto Domino & Apoſtolis eius facta eſſe legimus, & in Eccleſia fieri videmus. Quare rebelles & obſtina-

ſtinatos eiuſmodi Reſponſatores, cum Scribis & Phariſæis, qui illa Beelzebub Principi Dæmoniorum aſcribebant, ad Chriſtum Dominum remittamus, vt ſimili ratione ab eo confutentur. Quod verò quidam de Signis Antichriſti proponũt, Quia Illius tẽpore magna erunt de cœlo Signa, & aduentus eius ſecundum operationem in omni Virtute & Signis & Prodigiis mẽdacibus: Et, ſicut in Apocalypſi legitur, faciet Signa magna, vt etiam Ignem faciat de cœlo deſcendere in terram in conſpectu hominum, & ſeducet habitãtes in terra, propter ſigna, quę data ſunt illi facere in conſpectu Beſtię, multiplicem habet diſcriminis reſponſionem. Primùm, quia illa ſigna, licet Magna futura ſint, non tamen eiuſmodi, quæ Creaturę Potentiam & artem ſuperent. Sicut enim homines Ciuitates & Regna arte & potentia, igne & ferro deuaſtare poſſunt, ita Dæmones facilè curare poſſunt, vt ignem aliquem alicundè excitatum ex aëre demittant. Deinde, nõ in nomine Chriſti aut Patris eius, aut Dei, illa fient, quemadmodum illa, quę in Eccleſia in Fide Chriſti, ad gloriam eius fieri videmus. Poſtremò, ipſum genus mirabilium Diuerſum erit. Cùm enim Dia-

Matth. 12.
Luc. 11.
Luc. 21.
2. Theſſ. 2
Cap. 13.

Digitized by Google

bolus coniuratus ſit generis humani hoſtis, nihil boni homini cupiens, non cedent illa Signa in aliquam hominum vtilitatem, ſed, vel tantùm ad terrendum, vel hominibus nocendum. Sicut & de iis, quæ in Iob, filios, & beſtias eius oſtendit, clarum eſt: Et etiam de eo, quod apud B. Auguſtinum, De Tito Latino Romano legimus. Sed mortuos reſuſcitare, cæcos illuminare, ſurdis auditum dare, mutos loquentes facere, claudos erigere, infirmos præter naturæ ordinem ſanare, Dæmones è corporibus hominum inuitos expellere, opera ſunt Deo propria, quæ ad vtilitatem hominum, & ad Dei gloriam cedunt. Quare cum nulla eorum Congregatio, qui Romanæ Eccleſiæ aduerſantur, à tempore ſuæ defectionis, veris aliquibus miraculis claruerit aut clareat, certiſsimum eſt, penes eos Chriſti Eccleſiam non inueniri, nec vnquam fuiſſe.

cap.31. de Ciui. Dei lib.7.

Decimaquarta Proprietas,

Quòd Spiritum & Doctrinam Eccleſiæ boni comitentur mores: neque aliquid Ipſa doceat, aut approbet, quod cum Certa Ratione, aut euidente Scriptura pugnet.

Quas

QVas hactenus proſecuti ſumus Proprietates , aduerſus omnia , etiam abſurdiſsima Dogmata, etiã apud eos,qui nihil,vel parum admodum de Veritate poſſunt iudicare , valent atque ſufficiunt, ſi fortaſſe de illis Quæſtio vel Hæreſis aboriatur . Quia Chriſti Eccleſiam, cui tutò certoq; in omnibus credendum eſt,veraciter atque viſibiliter oſtendunt. Verùm Diuina Prouidẽtia abunde volens omnibus prouidere,Fructus cuiuſque Societatis (vt non ſit procul exeundum) vti propria Illius Symbola, attendendos eſſe docuit.A fructibus (inquit) eorum cogno Matth.7. ſcetis eos.Neq; enim tam hebes eſt Mens humana,maximè in Chriſto per Baptiſmũ ſemel illuminata,vt non de multis per ſeipſam poſsit diiudicare. Quoniã ergò Fructus boni Spiritus ſunt, charitas,pax,tranquillum conſcientię gaudiũ, patientia,lon Galat.5. ganimitas,bonitas, benignitas,manſuetudo,fidelitas,modeſtia, cõtinentia,caſtitas, obedientia,veracitas,abſtinẽtia, ſobrietas, timor Domini,atq; pietas,& cęteræ Bonę Cõuerſationis Virtutes (quas nemo ſanus nõ maximè probare poteſt)fit ſanè,vt Religio illa ſola à Deo Patre Luminũ deſcen dat,quę (vt eſt apud Iacobũ) primũ quidẽ Iacob.3.

Digitized by Google

pudica eſt: deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione. Nō quòd omnes qui in Societate aliqua Religionem illam profitentur, eiuſmodi eſſe (vt ſint membra Eccleſiæ) debeant, ſed quòd Ipſam Communitatem ex Spiritu, qui Author illius eſt, conſequantur: tum quia ipſa profeſsio hęc omnia docet & exigit: tum, quia Spiritus Doctrinę Author, in ipſa Communitate mores eiuſmodi Doctrinę Sanctæ coniungit: idque, in iis potiſsimùm, quos primos ad Fundādam Religionem emittit. Hęc enim velut Signa Bonorum Plantatorum in prędicatione Apoſtolorum vult Paulus attendi.
1.Theſſ.2 Scitis (inquit) Fratres introitum noſtrum
2.Cor.2. ad vos, Quia non inanis fuit. Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo. Neque enim aliquādo fuimus in ſermone adulationis (ſicut ſcitis) neq; in occaſione auaritię (Deus Teſtis eſt) nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, nō adulterantes Verbum Dei, ſed ex ſynceritate, ſicut ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur. Vos Teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè & iuſtè & ſine querela vobis, qui cre-

credidiſtis, adfuimus: ſicut ſcitis, qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut Pater filios ſuos) deprecantes vos & conſolantes, teſtificati ſumus: facti paruuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Quamobrē, vbi eiuſmodi ſunt Dogmata, quæ apertè cum Sanctis iſtis moribus pugnant, vel vitiis contrariis fomentum præbent, vel quę in Deum blaſphemiam continent, vel denique, apertis Scripturis (vbi nullum eſt, niſi maleuolentię ſubterfugiū) aduerſantur, certè Domus & Eccleſia Dei non inuenitur. Licet, vbi de his quæſtio exoritur, Eccleſiæ per alias Proprietates iam demonſtratę, etiam de his credendum foret. Verbi gratia: Deum peccatorū Authorem facere: Nulla hominum opera illi placere, aut bona eſſe: Hominē nō eſſe Liberi Arbitrij: Chriſtum in Inferno pœnas & tormenta damnatorum perpeſſum eſſe: Eumq; corporaliter eſſe in omni loco, vel non localiter aſcendiſſe ad Cœlos: Fidem Deo datam de Caſtitate, nō eſſe ſeruandā: Coniugia ex cauſis poſſe diſſolui, alioſque coniuges accipi: Nos per Fidem de Vita Æterna ſecuros eſſe. Quæ omnia ferè apud Martiniſtas ſeu Cōfeſsioniſtas, & Caluiniſtas deprehēduntur. Quæ Dogmata, quòd

Nouus error Confeſsionis Antvverpienſis.

ſint in Deum blaſphema, & Virtuti pietatiq; prorſus contraria, ex ipſa eorũ natura intelligi poteſt, à Domino non proficiſci, atque adeò homines, qui illa profitentur, Chriſti quoque Eccleſiam conſtituere non poſſe. Rurſus, cùm primi Fundatores alicuius Religionis deprehenduntur homines alicui inſigni crimini obnoxij, vel ipſam Communitatem crimina eiuſmodi ſequũtur, Ea Religio ex Doctrina & Prophetiis Apoſtolorum debet meritò condemnari. Non quòd crimina illa docere neceſſe ſit, ſed quòd Infallibilis Dei Prouidentia eiuſmodi Craſsiora Signa nobis ob oculos ponit, quæ doctrinæ, propter communem Spiritum vtrorumque Authorem, coniuncta ſint. Quod dico, tale eſt: Fornicatur aliquando Catholicus. Et nihil contra Catholicam Religionem inde colligi debet. Siquidem ea vitium iſtud maxime deteſtatur, & plurimi in Catholica Societate, ex Spiritu Illius Authore, eam abominãtur. Neq; ille hoc tanquam Catholicus cogitauit perpetrare: At verò Adamita aliquis, vel ſimilis generis & farinæ Anabaptiſta ſpiritu Anabaptiſtico, idem confidenter deſignabit, ſuo Aſino corpori, aut internæ inſpirationi illud

aſcri-

Digitized by Google

aſcribens, vel quacunq; ratione licitũ ſibi præſumens. Vbi igitur Zelus & Contentio, hîc iſtorum ſapientia ſeu Religio (inquit Apoſtolus) non eſt deſurſum deſcendens à Patre Luminũ, ſed Terrena eſt, Animalis & Diabolica. His itaque conſtitutis, confer nũc mores Eccleſię, quę ante 60. annos, & inde vſque ad Apoſtolorum tempora, in mundo ſine interruptione floruit, cùm iis, quos in nouis his ſeculis quotidie, proh dolor, experimur. Et Illius quidem apud Auguſtinum lege, de moribus Eccleſię: Horũ verò, apud Apoſtolum deſcriptos clarè videmus. Verùm quia poſtea nonnihil hac de re annotandum erit, breuiter illos omnibus noſtri temporis Hęreticis communes fructus deprehendemus, quos Scriptura tam ſæpè reprehendit, qui omnium malorum ſunt Origo, Inobedientiam videlicet ſuperiorem, & abſentiam timoris Domini, quem ſecuritas illorum excludit. Vt, licet propriis quiſque ſuperbię, odij, pertinatiæ, aliiſque eorum vitiis ex ſpiritu ipſius Sectæ laboret, tamen de omnibus in vniuerſum veriſsimè dici poſsit: Non eſt timor Dei ante oculos eorum.

2. Pet. 2.

Et ha-

Digitized by Google

Et hactenus quidem Proprietates & Signa ſiue Notas, quibus Vera Chriſti Eccleſia oſtendi,demonſtrari, & ab omnibus Hæreticorum Conuenticulis diſtingui poſsit, ex Sacra Scriptura & Patribus collegimus. Reſtat nunc, vt in ſola Romana Eccleſia (quam ſic: tum,quòd Romæ,primùm B. Petrus Apoſtolus, vt Eccleſię Sanctæ Paſtor, Caput, & Rector Cathedram ſuam collocauerit, & deinde omnes eius Succeſſores, ſummique Pontifices ibidem ſemper Cathedralem Sedem habuerint, & adhuc habeant: tum, quòd ſub Romanorum Monarchia & Imperio degat, vocamus) has, ſiue Proprietates ſiue Notas omnes inueniri,oſtendi,commonſtrariq; breuiter dilucideque doceamus: idq;,toto negocio in certa Capita, pro noſtra conſuetudine,digeſto.

APPLICATIO PROPRIETATVM ad Romanam Eccleſiam.

Caput Primum.

REctus nunc ordo poſtulat, vt quæ ſit vera Chriſti Eccleſia ex dictis Proprietatibus particulariter oſtendamus. Cùm igitur Eccleſiam quærenti inexplicabilis occurrat ſylua Conuentuum, vt, quę Vera ſit Chriſti Eccleſia, difficile ſit imprudentibus agnoſcere, oculos pauliſper ad maximam & antiquiſsimam illam, & omnibus (vt ait Irenæus) cognitam Romanam Eccle- Lib.3.ca.3 ſiam conuertamus, eamq́; cum aliis in his prudenter conferamus. Romanam autem dico, non tantùm quæ Romæ eſt, ſed etiã quę quaqua verſus in mundũ diffuſa Chriſti fidem, in Communione cum Romano Pontifice profitetur. In hac enim eas quas nũc proſecuti ſumus, Eccleſię Proprietates ad oculũ ſanè videre licet. Vt nemo prudẽs de eius Authoritate meritò dubitet. Hæc enim Vnum Paſtorem à Chriſto ſibi cum certo Epiſcoporum, Presbyterorum, & Miniſtrorum ordine, per modum Regni velut acies ordinata ſe habẽs, viſibile Deo offert

Digitized by Google

offert Sacrificiũ, Mundam videlicet Corporis & Sanguinis Chriſti hoſtiam: bonos complectitur & malos: ſemper iam olim à temporibus Apoſtolorum, & in toto orbe viguit: ſic, vt nulla Gens vnquam ſub ſole ad Chriſtum conuerſa fuerit, quę nõ Huic, (velut Arbori & Viti, ramus & palmes) inſerta fuerit: Cathedram Petri agnoſcit, & perpetua Succeſsione primo Apoſtolico Corpori connectitur: & in omni quæſtione, quæ de Fide & Religione exorta eſt, ſemper in ſua ſententia, non Partis, ſed Corporis rationem obtinuit: ſibi nũquam in Fidei profeſsione deformis: cuius deſertione Hęreſes inter ſe pugnantes exortæ ſunt: miraculis infinitis clara eſt: neque aliquid in eius doctrina oſtendi poteſt, quod aut cũ aperta Ratione, aut Scriptura Sacra pugnet. Quanquam apud Sapientes etiam certum ſit, nullam quantumuis obſcuram ſcripturam rationémue illi refragari. Vt vir prudens & ſalutis ſuæ ſtudioſus, tot in mundo Sectas conſiderans, non dubitet, ſe Huius gremio tutò cõmittere, & in Eius Societatẽ tranquillè acquieſcat. Id quod paulò altiùs repetitio principio, ex iis, quę in Eccleſia à tẽporibus Apoſtolorũ huc vſq; obſeruata ſunt, poterit declarari.

Ca-

Digitized by Google

Caput Secundum.

PRimùm igitur nemini dubiũ eſſe poteſt, quin Sancta illa Societas hominũ ferè ſimul centũ & Viginti, inter quos in medio eorũ Petrus cum Apoſtolis, mulieribus & Maria Matre Ieſu, & fratribus eius, quos Chriſtus in vnũ collegerat, Vera eius fuerit Eccleſia: vtpote ſuper quam Spiritus Sanctus coram toto mundo viſibiliter deſcendit, Deũ in illis habitare con ſignans. Huic vno die appoſitæ ſunt animæ circiter tria millia. Et paulo poſt: Factus eſt numerus virorum quinque millia. Act.2.et 4 Et continua Apoſtolorum prædicatione numerus eorum mirabiliter, Deo cooperante, in Iudęa & Gentibus vicinis excreuit. Deinde diſperſi Apoſtoli prędicauerũt Euangelium (ſicut à Chriſto pręceptum erat) omni Creaturæ: Roma.10 Et (ſicut à Prophetis dictum erat) In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Pſalm.18. Breuiſsimoque tempore (mirabile dictu) factum eſt, vt Hebræorum, Romanorum, Hiſpanorum, Corinthiorum, Galatarum, Epheſiorum, Philippenſium, Coloſſenſium, Laodicenſium, Theſſolonicenſium, Cretenſium, Antiochenorum, Arabum, Indorum,

Ægy-

Ægyptiorum, Perſarum, Scytarũ, & omnium Gentium, quæ in terris erant, Vnum foret Ouile Chriſti, Grex Vnus, Familiaq; Vna, ita, vt paruus ille Collis Apoſtolorũ, factus ſit Mons magnus, qui iuxta Prophe
Dani.2.4. tiam Danielis, impleret terram: & humilis illa Radix, in Arborem excreuit, cuius aſpectus vſque ad terminos vniuerſæ terrę. Quando igitur Apoſtoli Eccleſiam, per totum Mundum hac ratione propagabant, non tot Sectas, quot numero erant ipſi Apoſtoli faciebāt (vt nimirum ſingulæ Nationes Fide, quam à ſuo quæque Apoſtolo accepiſſent, contentæ ſeparatim ab aliis & per ſe viuerēt: Abſit enim ab Vnitate Eccleſię tanta Apoſtolorum diuiſio) ſed omnes in Vnum Corpus & Ouile, cuius ſuo loco Paſtorem Dominus ipſe Petrum conſtituerat, ipſi colligebāt: vt omnes qui Fidem Chriſti reciperent, cum Petro Apo-
Luc.5. ſtolo Communionem haberēt, & in illius Nauem, quam Chriſtus, aliis relictis, conſcendit, tanquam fœlices piſces importarentur. Hæc itaque Chriſtianorum Societas, quę cum Petro & cęteris Apoſtolis habebat Communionem, tametſi antequam Romani Chriſto nomē dediſſent, aut Petrus Sedem ſuã apud eos collocaſſet, Ro-
mana

mana Eccleſia dici non poterat,eadem ta men ipſa,Romanis ad eius Communionē accedentibus,& Sede Petri ibi conſtituta, Romana nuncupari Eccleſia cœpit & debuit. Quod ſi quis forte tergiuerſetur : &, aut Petrum Romæ vnquam fuiſſe impudenter neget:aut omnes Apoſtolos prorſus ſibi pares fuiſſe,contra Scripturas affirmet: & ea ratione,non ſpeciē Regni, (qui optimus eſt Reipub. ſtatus) ſed Democratię confuſionem,quam ipſi quoque Philoſophi nō probant, in Chriſti Eccleſiā (Quam ordinatiſsimè cōſtat ab Ipſo inſtitutam) inducere nō vereatur, patiar eum interim, donec Authoritate Eccleſię (Iam ei per ſu prapoſitas Proprietates & notas demonſtratę) falſum id eſſe, intellexerit . Certè, Paulum toto biennio Romę fuiſſe,ideoq́; Romanos Fide Apoſtolica , ipſius tempore, plenè fuiſſe inſtitutos negari non poteſt . Proinde,hac ſaltem ratione Eccleſiā Chriſti,tunc Romanam dici potuiſſe concedit, quòd Gens illa notiſsima,cuius Fides (teſtante Apoſtolo) annunciabatur in vniuerſo mundo ad eius communionem ſocie-

Petrum Romæ fuiſſe, teſtantur Clemens Diſcip eius. Epiſt.prima. Anacletus,Epiſt.3. AEgyſippus, lib. 3. de excidio Hieroſo.cap.2. Euſebius,lib.2.cap.14. Chryſoſt. ſerm.2. in epiſt.ad Roma. B.Auguſt.epiſt.162.& lib.2. contra lit. Petil. ca.51. & ad Quod vult Deum. Item epiſt 86. Gelaſius in Syno. 60. Epiſcoporum.

Act. 28.

Rom. 1.

tatemque acceſsiſſet. Quemadmodum à Parte Notabiliore, Res Tota ſolet aliquando denominari. Satis enim nobis adhuc fuerit (quoniam ex notiſsimis procedere cupimus) quòd illa Communitas (quæ iam tunc Romanos, Corinthios, & alios ſuperiùs enumeratos populos, in Vna Apoſtolorum Fide & Communi fratrum & membrorũ eiuſdem Corporis Societate cõplectabatur) Vera Eccleſia Chriſti fuerit, cui ab omnibus eſſet adhęrendũ.

Caput Tertium.

QVoniam verò, ſecundum Chriſti, Apoſtolorum & Prophetarũ oracula, multi poſterioribus temporibus ex hac Societate erant abituri, qui ſub nomine Chriſti Doctrinam planè Adulterinam inferrẽt, nemini obſcurũ eſt, his fieri incipientibus, Eos Catholicæ Eccleſię nomine intelligẽdos venire, penes quos Corpus prædictę Catholicæ Societatis remanſerit, penes eos videlicet, à quibus alij ſeſe, tanquam partes, abrumperent, & nouam Congregationem, contra priorem erigerent, verbi gratia: Primus ab Eccleſia exiens factus eſt Hæreticus Simon Magus, qui cùm à Philippo eſſet Baptizatus,

Actuũ 8.

tus,

tus, ſub nomine Chriſti Venenum ſuum ſparſit. Quem deinde, adhuc viuentibus Apoſtolis, ſecuti ſunt Menander, Saturninus, Baſilides, Nicolaitæ, Gnoſtici, Carpocrates, Cerinthus, Ebion, Iudaizantes & Nazaræi. Qui omnes, præter Nazareos, licet in quibuſdam & ab inuicem, & à Simone differrent, in multis tamen, quæ à Simone didicerant, conſentiebant. Cùm ergo hi omnes, ſuam Colluuiem Dèi Eccleſiam conſtituere aſſerebant, ſuamq́; Doctrinam genuinam eſſe, & à Chriſto profectam: Petrum verò, cui cæteri communicabant, prorſus errare, inde ſanè Fidelis quiſque non imprudens eos diſcernebat, quòd Communi Corpori (cuius ipſe commotus Authoritate, factus erat Chriſtianus) non adhærebant, ſed ſeorſim, ab illo ſeparati, ſua Conuenticula peragebant. Non enim propter ipſos, Totius Corporis deſertores & transfugas, Chriſti Fidem ille ſuſceperat, ſed propter eos, quos ipſi deſerebant. Iſtis igitur Authoritate Petri (Nam ille Simonem confutauit atque damnauit) cæterorumque Apoſtolorum profligatis, ea Societas, quæ Petro communicabat, in qua etiam Romani erant, remanſit & perſtitit Vera Chriſti Eccleſia.

Epiphan. to. 2. Aug. ad quod vult Deũ.

Euſeb. li. 2 cap. 14.

Digitized by Google

Leo ſerm. de nat. Petri & Pauli. Ageſip. & Prud.

Poſtea verò Petro & Paulo Martyrio coronatis, Tota Eccleſia, quę contra has Hęreſes vbique terrarum dimicabat, cum Clemente, Linò, Cleto, Anacleto, Euariſto, Alexandro, Sixto, Teleſphoro, Hyginio, omnibusq; alijs Romanis Epiſcopis tranquillè communicabat, illosque, tanquam Petri ſucceſſores, ſuosq; Legittimos Superiores religioſe obtemperando agnouit. Siquidem Petrus Clementem ſibi Succeſſorem (vt ipſe Clemēs teſtatur) antequam moreretur, elegit, his verbis: Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino. Cui ſoli, meę prędicationis & Doctrinæ Cathedrā trado. Vnde, ſuborta apud Corinthios diſſenſione, ex perſona Romanę Eccleſię, tanquam eorum Superior, epiſtolam eis miſit, quam illi, ſicut & alię permultę Eccleſię, velut Authenticam publicè legerunt. An verò Linum & Cletum humilitatis cauſa (ſicut quidam autumant) ſibi pręferri voluerit, & eos poſtea ipſe ſecutus ſit, quādo ipſum & ſuos Succeſſores Romanos fuiſſe Epiſcopos Petriq; Succeſſores publica Eccleſię & omnium Hiſtoriarum traditione conſtat, nōadmodum refert. Tametſi probabilius, quo ordine illos poſui, Eccleſiæ pręfuiſſe credam. Cęterū, quòd de omniū Eccle-

Clemens epiſt. 1.

Apud Euſeb. lib. 4. cap. 23.

Vide Irenæi lib. 3 cap. 3. Hiero. de Eccleſiaſt. Script. Aug. epiſto. 165.

Eccleſiarum cum Romanis Epiſcopis tūc temporis Communione diximus, clariſsimè teſtatur Euſeb. lib. 5. cap. 24. & Epiſto. Irenæi, quam miſit ad Victorem. Ex qua etiam Authoritas eorum in cęteras Eccleſias, qua Aſianas excommunicare volebat, haud obſcurè patet. Pro qua re etiam [a]Anacleti, [b]Alexandri, [c]Sixti & [d]Hyginij Catholicæ Epiſtolæ clariſsima teſtimonia ferūt. Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia (inquit Anacletus) nō ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit, & eminentiam Poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totius Chriſtiani Populi Gregem aſſecuta eſt. Sicut ipſe B. Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.

Euſeb. li. 3. cap. 14. Alexan. 1. epiſt. 1. Anacletũ epiſt. 2. 3. Piũ 2. epi. ad Colonienſes. & epiſt. Ioã. 3. ad Epiſc. German. & Galliæ, vbi Clementē primũ Petri Succeſſorē dicit.

a. epiſt. 1. 3
b. epiſt. 1.
c. epiſt. 1.
d. epiſt. vna tantũ.

Caput Quartum.

QVando verò Apoſtoli & Sancti iſti Epiſcopi cum pleriſq; eorum Diſcipulis & Collegis, qui in toto orbe prædictas Hæreſes expugnabant, ad Dominum migrauerunt, rurſus aliis Miniſtris noſter Aduerſarius, & deuotiſsimus hoſtis Diabolus, Eccleſiam adortus eſt, qui etiam ſub nomine Apoſtolorum, à quibus

Anno Domini 143.

antea defendebatur, eam exagitarent. Protulit enim, licet diuerſis temporibus, Valentinum, Ptolomæum, Marcum, Heraclionem, Ophitas, Marcioniſtas, Apellitas, Cataphryges, Adamianos, Valeſios, Catharos ſeu Nouatianos, Apoſtolicos, Sabellianos, Origenianos, Paulum Lamoſatenum, Manichæos, Montanum & Donatiſtas. Qui incredibilibus ſuis fabulis, ſomniis, & peſtilentibus doctrinis, quas de Deo, Mundo, & Sacramentis quibuſdam habebant, alij quidem aliis, ſed ad eandem perniciem tendentibus, plurimas infœlices animas perdiderunt. Hos ergo cùm conſtet fuiſſe Hæreticos, quænam tunc temporis Societas cenſeri Eccleſia Chriſti debuit? An nō illa quæ præcedentibus temporibus ab Apoſtolis plantatæ Arbori & communi Corpori adhærens aduerſus hos peſtiferos ramos dimicabat? Siquidem in cuiuſlibet eorum Hæreſeos principio palàm erat, eos ſingulos, & omnes partes eſſe, quæ ſe à Communi Corpore reſecabant. Quæ autem ex Apoſtolico Corpore reliqua manebat ſeu reſtabat iſtis exeuntibus, abſque omni dubi-

Lib. 4. ca. 11. Eccleſ. hiſt.

Digitized by Google

dubitatione, Vera Eccleſia erat. Iam mihi conſidera, An ne Ea, quæ per Aſiam, Aphricam, & Europam aduerſus iſtos Hæreticos paulò ante commemoratos pugnabat, tota Romana fuerit? &, cum Epiſcopis Romanæ Sedis, veluti ſibi præpoſitis, Vno Spiritu aduerſus iſtos communicauerit. Etenim qui illis temporibus Sedis iſtius gubernaculum tenuerunt, fuere Pius, Anicetus, Soter, Eleutherius, Victor, Sepherinus, Calixtus, Vrbanus, Pontianus, Anterus, Fabianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Sixtus, Dionyſius, Felix, Eutichianus, Caius, Marcellinus, Marcellus, Euſebius, & Melchiades, omnes (præter vnum Eutychianum alioqui ſanctiſsimum etiam) ſicut eorum Præceſſores, Martyres Chriſti Beatiſsimi. Quibus, cùm ſe pro ſummis gererent Pontificibus, quanta charitate, & reuerentia cæteri omnes, qui prædictis Hæreſibus aduerſabantur, tunc communicauerint, teſtis eſt Euſebius, de rebus Eccleſiæ à libro 4. vſque ad 8. locupletiſsimus. Scripta quoque, quæ tum iſti ad alios toto orbe, tum alij, qui erant celebriores, ex omnibus Mundi

Aug. epiſtola 165.

An. 311.

partibus,vel ad eos,vel de illis ediderunt.
Lib.3.ca.3 Nam Irenæus ſcriptor illius temporis clariſsimus, poſtquam ad Traditionẽ,quę ab Apoſtolis continua Epiſcoporum ſucceſſione ad nos deuenit,aduerſus dictas Hæreſes confugiendum eſſe docuiſſet: quoniã valde longum eſt (inquit) in hoc volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſsiones, maximę & antiquiſsimę & omnibus cognitę, à glorioſiſsimis duobus Apoſtolis Petro & Paulo Romę fundatæ & conſtitutę Eccleſię,eam quam habet ab Apoſtolis Traditionem, & annunciatam homibus Fidem, per ſucceſsiones Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, iudicátes, confundimus omnes eos,qui quoq; modo,vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam,vel per cœcitatem & malam ſententiam,præterquàm opertet colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt, omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos qui ſunt vndique Fideles.Quod ipſum titulus epiſtolæ, quam ad Romanos ſcribit Ignatius,palam facit.De Polycarpo quoq; qui etiam ipſius Ioan.Euangeliſtę Diſcipulus fuit,idem Irenæus,quę illi cum Rom. Pontifice Aniceto Communio: & huius

in

in illum Authoritas fuerit,apertiùs declarat. Sicut & Dionyſius Corinthiorum ſanctiſsimus Epiſcopus. Quod ad Soteré Pontificem attinet, quem pium ac religioſum Patrem appellat,abundè teſtatum fuerit. Euſeb.li. 4.cap.23.

Quid dicam de Iuſtino Philoſopho,qui in communione Romanę Eccleſię,verbo & ſanguine Fidem Romanam conſignauit? Quid de Origine, cui (antequam ingenij arrogantia virũ demẽtaſſet) in votis erat, vt antiquiſsimá Romanorum videret Eccleſiam. Taceo de Tertulliano, qui eiuſmodi de Romana Eccleſia teſtimoniũ habet: Age iam (inquiens) qui voles curioſitatem meliùs exercere in negotiis ſalutis, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſę adhuc Cathedræ Apoſtolorum, in ſuis locis,præſidentur. Proxima eſt tibi Achaia, Habes Corinthum: Si non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes: Si potes in Aſiam tendere,habes Epheſum: Si autem Italię adiaces,habes Romanam,Vnde nobis quoq; Authoritas pręſto eſt ſtatuta. Felix Eccleſia,cui totam doctrinam Apoſtoli,cum ſanguine ſuo profuderunt: vbi Petrus Paſsioni Dominicæ aſsimulatur: Vbi Paulus Ioannis exitu coronatur: Vbi Apoſtolus Idem lib. 4.cap.11. Idem lib. 6.cap. 11. Orig.ho. 6.in Mat. De præſc. Hæretic.

Ioannes, poſteaquam in oleum merſus, nihil paſſus eſt, in Inſulam relegatur. Videamus quid didicerit? quid docuerit? Cum Aphricanis quoq; Eccleſiis conteſtatur vnum Deum. Quibus verbis, totius orbis cum Romanis Epiſcopis aduerſus dictas Hęreſes communio & eorum in omnes Authoritas palàm declaratur. Quibus Paſtorales eorũ Epiſtolas, quas ad diuerſos direxerunt (quia promiſsionem à Chriſto habent, vt etiam de ſeipſis, ſuaque Authoritate à Domino accepta, teſtimonium perhibere poſsint) confidenter licet addere. Quibus Apoſtolicæ Sedis dignitatem, eminentiam, primatũ, ad quem cauſæ difficiliores, & grauiora Epiſcoporũ negocia eſſent referenda, & ad quẽ ab omnibus licitè appellari poſſet, magna eorũ, quibus cũ ipſis indiſſolubilis Cõmunio erat, cõſenſione conſtanter & manifeſtè tradunt. Legite Pium, Anicetũ, Sotorẽ, Eleutherium, Victorẽ, Sepherinum, Calixtum, Corneliũ, Stephanũ, Sixtum, Dionyſium, Fęlicem & Melchiadem, qui ſanguinẽ pro Chriſto nõ fudiſſent, neque Communionem cum cæteris retinuiſſent, ſi ambitione aliqua & faſtu ſibi immeritò & falſò tantũ Authoritatis arrogaſſent. Lubet etiam B. Cypriani

priani (qui illius tẽporis Epiſcopus clariſſimus & totius Aphricanæ Eccleſiæ caput fuit) verba ſubijcere. Is enim Lib.4.epiſt. 8.de Rom. Eccleſia ad ſanctum Corneliũ ſcribens ſic habet: Non enim ſingulis nauigantibus, ne cum ſcandalo vllo nauigarent, rationem reddidiſſe nos neſcimus, & hortatos eſſe, vt Eccleſiæ Catholicæ matricem & radicem agnoſcerent & tenerẽt. Et paucis interiectis: Per omnes omninò in Prouincia iſta poſitos literæ fiunt, vt te vniuerſi Collegæ noſtri & Cõmunicationem tuam.i.Catholicæ Eccleſiæ Vnitatẽ, pariter & charitatem probarent, firmiter ac tenerent. Quod diuinitùs eueniſſe, & Concilium noſtrum prouidenter proceſſiſſe gaudemus. Sic enim nunc Epiſcopatus tui & Veritas pariter & Dignitas apertiſsima luce, & manifeſtiſsima & firmiſsima eſt confirmatione fundata. Et Epiſtola eiuſdem Libri ſecunda, & lib.1.Epiſtola tertia, Romanorum Pontificem ſupremum, quem audire debent, agnoſcit. Sub illa quoque tempora celebratum eſt Concilium.300. Epiſcoporum, & triginta Presbyterorum, vt cauſam Marcellini Pontificis, qui Idolis thurificauerat, expenderent. Sed quoniam prima

Sedes

Sedes (vt inquiunt) non iudicatur à quoquam,eum proprio iudicio reliquerunt. Et Concilium Antiochenum,ante hoc celebratū,nunquid obſcurè Dionyſium Romanum Epiſcopū prę omnibus agnoſcit? Quando ad ipſum tanquam primum Epiſcopum, querelam de Paulo Samoſateno detulit. Ex quibus luce meridiana clarius eſt,Eccleſiam quę aduerſus temporis illius Hęreticos tunc militauit, totam extitiſſe Romanam, eamq; ſolàm Catholici Corporis Apoſtolicę prioris temporis Cōmunitati adhęrentis habuiſſe rationem. Cæteris,velut partibus inutilibus,ab illa communitate reſciſsis.

Euſeb.lib. 7.cap.25. & 26.

Caput Quintum.

POſt hæc, quem hæc Chriſti Eccleſia progreſſum temporibus habuerit ſuccedentibus videamus. Nunquā enim quieſcente noſtro aduerſario Diabolo,poſt priores illos,iam ſatis damnatos atq; conuictos Hęreticos, quendam Alexandrię Presbyterum,totius orbis turbatorem Arium excitauit, qui Dominum noſtrū negaret Patri ſuo Conſubſtantialem. Quem ſecutus Macedonius, intolerabilem Spiritui Sancto finxit Blaſphemiam. Coniun-

ctus

ctus eſt his Pelagius,qui totam Chriſti gra tiam euacuaret. Et ab hoc natus infœlix Neſtoreus,perſonas in Chriſto diuiſit.Euti ches verò, dum imprudenti zelo Neſto reo ſe opponit, multò peiorem (quo Naturas in Chriſto confundebat) errorẽ protulit. Quibus (ne quid de Incarnationis myſterio relinqueretur intactum) Monetelitarum,Authore Sergio,acceſsit inſania. Horum autem omnium Hęreſes commiſcens Petrus Epiſcopus Antiochenus, mirabile ex Triſagio (quaſi tota trinitas pro nobis paſſa fuerit) monſtrum,orbi propoſuit. Iouiniano interim cum Heluidio,Vigilantio, & Aëreo circa eadem tempora, De virginitatis,& excellentiorum operum depreſsione,Sanctorum contemptu,Pręcũ pro defunctis neglectu, Et Virginis Marię contumelia, Eccleſiam turbantibus. Iſtis (inquã) hęreſibus ſancta Dei Eccleſia, quę ex Corpore Apoſtolico reliqua erat, ab Anno Domini circiter tricenteſimo vigeſimo tertio,per trecentos annos & multò amplius, (nondũ etiam Donatiſtis & Manichęis,qui admodum diu graſſati ſunt,penitus extinctis) miſerabiliter fuit agitata. Quos igitur tunc fuiſſe putamus,qui, cùm peſtibus iſtis obuiam irẽt, ipſi cum populo

ſibi

ſibi adhærente Eccleſiam conſtituerunt? Sanè Niceę, aduerſus Arium, trecenti decē & octo Patres celeberrimi, cum Sācto Alexandro & Athanaſio, ex toto orbe conuenerunt, atque illum Hęreticum declarauerunt. Quorum deinde veſtigiis inhęrentes, cētum & quinquaginta Conſtantinopoli congregati, Macedonium cū Donatiſtis (vt mihi videtur) damnauerunt. Iſtis verò omnibus, ſanctus Chryſoſt. Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Hilarius, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, Proſper, Fulgentius (tempore quidem & loco, tam ab illis, quàm ab inuicem ſeparati, Spiritu tamen coniunctiſsimi) tanquam Vnius Corporis membra cōmunicauerunt, & dictas Hæreſes viriliter oppugnarunt, expugnaruntq;. Quibus Patres Concilij Carthaginenſis & Mileuitani, atq; adeò totius Aphricæ coniuncti, Pelagium trucidarunt. Hos etiam, cōtra Neſtoreum, in eadē communione ſecuti ſunt 210, qui Epheſi cū magno illo Cyrillo Concilium habuerūt celeberrimum. Quibus in eadem ſocietate, qui poſtea numero facilè ſexcenti, Chalcedone imperitum Eutichen confuderunt, cum ter Sancto illo Leone ſucceſſerūt. Et his omnibus ſubſcribēs, Cœtus ille, qui Cō-

ſtan-

ſtantinopoli ſecundã Synodon celebrauit, Petrũ Antiochenũ cum coadiutoribus ſuis Anathemati ſubiecit. Et qui tertiò ad eandem vrbẽ conuenit in eadẽ prorſus cõmu nione dãnauit Monotelitas. Quãdo igitur hos ſolos tunc cũ populo ſibi adhærente, cęteris ab eorũ ſocietate repulſis, Catholicos & Orthodoxos fuiſſe cõſtat, à qua parte Rom. Eccleſiã ſtetiſſe putamus? Certè ſi ordinẽ illorũ recenſeas, qui Sedi Apoſtolicæ per tẽpora illa prꝗſederũt, & eorũ cum dictarũ peſtiũ oppugnatoribus Vnionẽ conſideres, totã Societatem, quã tunc Catholicã fuiſſe & Orthodoxã cõſtat, prorſus Romanã fuiſſe cõperies. Cùm enim Melchiadi, qui ſuperiorũ temporũ erat extremus, B. Syluester: & huic Marcus: Marco verò, Iulius: Iulio, Lyberius: Lyberio, Fęlix: Fęlici, Damaſus: Damaſo, Syricius: Syricio, Anaſtaſius: Anaſtaſio, Innocẽtius: & huic, Zoſimus: Zoſimo, Bonifacius: Bonifacio, Cœleſtinus: Cęleſtino, Sixtus: Sixto verò, Leo primus, per tẽpora illa ſucceſſerit, omnes, qui in Catholica Eccleſia manẽtes Arium, Macedonium, Neſtoreũ, & Eutichen ſunt deteſtati, cũ iſtis Põtificibus in Vno Corpore vnaque cõmunione fuerunt. Siquidẽ cum Cõcilio Niceno iuxta Zozomenum, Lib. 1. cap. 1. & 11.

ex

Phrygia & Pamphilia viros probatiſsimos præbuerunt. Aderant Thraces & Macedones, Achiui & Epirotæ, & his quoque interiùs habitantes. Ipſe autem Hiſpanorũ valdè famoſus Hoſius vnus erat. Hæc ille. Vides cãdidiſsime Lector, quòd totus ille Catholicus Cœtus, quia Legatis ipſius Syluestri Concilio præſidentibus, vt vnius cũ Papa Corporis mẽbra cõmunicauit, prorſus Romanus erat, & Pontificẽ ſuũ eſſe Superiorẽ, omnes agnoſcebãt. Nã quatuor illi Præſides à Sylueſtro, ſicut ex actis Cõcilij patet, Decreta, & quicquid conſtituerãt in Cõcilio, præcantur, vt Oris ipſius cõſortio confirmetur. Quod in Epiſtola ad ipſos & totum Concilium Syluester fecit. Sicut & in Concilio, quod Romæ cum 275. Epiſcopis celebrauit. Quod ipſum, ex Decretis Concilij, manifeſtũ eſt. Nam (ſicut videre eſt in Epiſtola Iulij ad Orientales: ac Alexandri & Ægyptiorum ad Marcum & Fœlicem) declaratum fuit in Concilio, vt omnes Epiſcopi, qui in grauioribus pulſantur vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent Sedẽ, atque ad Eam, quaſi ad Matrem confugiant, vt ab ea, ſicut ſemper fuit, piè fulciãtur, defendantur & liberẽtur. Cuius diſpo-

ſitioni omnes Maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporũ iudicia, antiqua Apoſtolorum, eorumq; Succeſſorẽ, atq; Canonũ Authoritas reſeruauit. Et plura in eiuſdem argumẽti confirmationem literis illis inſerũtur. Quemadmodũ Athanaſius & Ægyptiorũ Epiſcopi ad Marcum Papã ſcribentes, Sedem Apoſtolicã Matrẽ & Caput appellant omniũ Eccleſiarum. Et ad Fœlicẽ: Scimus (inquiunt) in Nicæna magna Synodo. 318. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratũ, non debere abſque Romani Pontifici ſententia Cõcilia celebrari, nec Epiſcopos damnari. Licet hæc & alia complura neceſſaria, ab Hæreticis, qui nos quotidie infeſtant & perdere nitũtur, vt faciliùs nos capere poſsint, ſint incenſa nobiſq; ſublata & erepta. Et poſt pauca: Similiter (inquiũt) & à ſupradictis Patribus eſt definitũ conſonanter, vt ſi quiſquã Epiſcoporum aut Metropolitanum aut Comprouinciales iudices ſuſpectos habuerit, veſtram Sanctam Romanã interpellet Sedẽ, cui ab ipſo Domino Poteſtas ligãdi & ſoluendi ſpeciali priuilegio ſuper alios eſt cõceſſa. Ipſa enim firmamentum à Deo fixũ & immobile percepit: Ipſa eſt ſacer Vertex & Cardo, in quo omnes vertũtur, ſuſtẽtan

Athan.

tur

tur & releuantur. Deinde ipſum affirmātes Authoritate & officio Petrū, ac Baſin Caputq; Eccleſiaſtici ædificij, declarant, ſe in ſuis tribulationibus ad illū, quaſi ad Caput confugere, vt illius fulti auxilio, ab Hæreticorū fraudibus & perſecutionibus liberentur. Authoritatē eius tantā agnoſcētes, vt aduerſus Hæreticos, qui omnia peruertebant, Solo Ipſius Mandato, crederent ſe fore tutiores. His adde Conſtātini Confeſſionē, quā his verbis poſteris reliquit: Dignum (inquit) iudicauimus, cū omnibus Satrapis & vniuerſo Senatu & Optimatibus & cūcto Rom. Imperio ſubiacenti Populo, vt ſicut B. Petrus Vicarius apparet (verba Chriſti: Tu es Petrus &c. iā citauerat) conſtitutus in terra à Filio Dei, ſic à nobis & à noſtro Regno, locū tenētes Principis Apoſtolorū (loquitur de Syluestro & eius Succeſſoribus) ſuſcipiātur. Vt impletū tūc temporis oēs viderint, quod Eſaias antea de Eccleſia prędixerat: Erunt Reges Nutricij tui, & Reginæ nutricēs tuæ: Vultu in terrā demiſſo adorabūt te, & puluerē pedū tuorum lingēt. Quoniā perfectè ſubiectos illos fuiſſe legimus. Atq; adeò Eccleſiam, quam antea Dn̄s promiſerat, & in toto terrarū orbe dominaturā per Prophetas dixerat, nō

aliam prorſus tūc fuiſſe, quàm Romanam palàm intelligimus. Cum enim tota Chriſtianorum Communitas, per mundū ſparſa, quæ ſuperioris temporis Catholicæ ſocietati erat annexa & inſerta, contra prædictos errores Romano Pontifici adhæreret, conſpicuum fuit omnibus, Arium, Euſebium, Theodorum, & eorū ſimiles, qui ſe communi Corpori opponebant, partes fuiſſe ab ipſa Arbore ſeparatas, & Corpus ipſum Catholicum non conſtituiſſe. Nec refert quantam ipſi ſecum poſtea turbam abſtraxerint, (quoniam totum pene orbē commouerunt) quando in ipſo defectionis exordio Partis, atque adeò Sectæ, eos habuiſſe rationem: & non Corporis maniſeſtiſsimè patebat. Quamuis, non obſtante quæ ſecuta eſt multitudine, progreſſus & exitus rem plenè declararunt.

Caput Sextum.

Epiſt. Damaſi. Cano. 5 Cōcilii qui renouat⁹ in Cōcilio Calced.

VT autem progrediamur, Nonne Synodus Conſtantinopolitana cū Damaſo, primum Præſulem ſe con fitentem habuit communionē, debitamq; Sedi Apoſtolicæ reuerentiam (vt verbis ipſius vtar Damaſi) diſtribuit? Et Romanam Eccleſiā ſuper alias omnes agnouit?

Sed

Sed & verba totius Aphricę, ad Damaſum lubet hîc aſſcribere. Domino beatiſsimo (inquiunt) & Apoſtolico culmine ſublimato, ſancto Patri Patrum Damaſo Papę, & ſummo omniũ Præſulum Pontifici, Stephanus Archiepiſcopus Concilij Mauritaniæ, & Vniuerſi Epiſcopi de tribus Conciliis Aphricanæ Prouincię. Notũ facimus veſtræ Beatitudini, quòd quidam Venerabiles Epiſcopos à proprio deijcere moliãtur gradu, cum veſtræ Sedi, Epiſcoporum Iudicia, & ſummorum Fidem Eccleſiaſticorum negotiorum, in honore Beati Petri Patrum Decreta omnium conſtet reſeruaſſe, &c. Quibus Vir ille ſanctiſsimus tãquàm Epiſcopus Sanctę Catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſię: Satis (inquit) fratres chariſsimi, Firmamentum à Deo fixum & immobile, atque titulum lucidiſsimũ ſuorum Sacerdotum. i. omnium Epiſcoporum Apoſtolicam Sedem eſſe conſtitutam, & Verticem Eccleſiarum, &c. Tantum virũ, nemo ex ambitione locutum eſſe ſuſpicetur. Quoniam Hieronymus ad eum ſcribens, eandem illi longè fortius tribuit Authoritatem. Quoniam (ait) vetuſto Oriẽs inter ſe Populorũ furore colliſus, indiſciſſam Domini tunicam, & deſuper textam,

Anno Domini 143.

minutatim per fruſta diſcerpit, & Chriſti Vineam exterminăt Vulpes, vt inter lacus contritos, qui aquam non habent, difficilè, vbi fons ſignatus & hortus ille concluſus ſit, poſsit intelligi: ideo mihi Cathedram Petri & Fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſui conſulendam: inde nunc animę poſtulans cibum, vnde olim Chriſti veſtiméta ſuſcepi: à Sacerdote victimam, à Paſtore præſidiũ ouis flagito: Faceſſat inuidia: Romani culminis faceſſat ambitio: cũ Succeſſore piſcatoris, & Diſcipulo Crucis loquor. Ego nullũ primũ, niſi Chriſtũ ſequẽs, Beatitudini tuę.i. Cathedrę Petri cõmunione cõſocior. Super illã Petrã Eccl. ædificatã ſcio. Nõ noui Vitalem, Meletiũ reſpuo, ignoro Paulinũ. Quicunq; tecũ nõ colligit, ſpargit, hoc eſt, Qui Chriſti non eſt, Antichriſti eſt.

Caput Septimum.

Vniuerſalis Syn. ex Patribus iſtorũ tẽporum.

SEd, vt clariùs Statum illius temporis Eccleſiæ, (Quoniam tunc Florentiſs. fuit atq; latiſsima) videamus, Patrum omniũ illius tẽporis ſententias, quę quidẽ extent, colligamus, & Peculiare de hoc Argumẽto, quaſi Conciliũ ex toto terrarum orbe cogamus, ſingulorũq; Suffragia, quid ſcilicet de Eccleſia Romana (cuius Ipſi cũ vniuerſo Orbe Cõmunionis fuerunt) iudicaue-

cauerint,inquiramus. Quid itaq; Athanaſius & Hiero. reſpōdeant,modo audiebamus. Sedeāt nūc ſuo loco cęteri,quos tūc tēporis celebres,vſq; ad Grego.Magnū,in Eccleſia fuiſſe ſcimus. Baſili⁹ itaq; Epiſt.52. cōmunionem ſuā & ſententiam declarās, ſcribit ad Athanaſiū vt miſsis ad Epiſcopū Romanū literis,ab ipſo conſiliū & Authoritatis ſuæ ſubſidiū aduerſus Hęreticos impleretur. Chryſoſt.etiā Patriarcha Cōſtantinopolitan⁹ ad Innocentiū, tanquā Patrē omniū Epiſcoporū cōfugit,petēs ab eo,vt, quę ab Aduerſariis cōtra eū Decreta erāt, eius Authoritate irritētur. Epiphanij verò ſentētia inde cōſtat,quòd cùm in Ancorato docet,Dn̄m cōſtituiſſe Petrū primū Apoſtolorū,Petram firmā,ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt.Rom.Pōt.Hęreſi.27.facit Petri Succeſſores:Epiſcoporū (inquiens) in Roma Succeſsio hāc conſequentiā habuit: Petrus & Paulus,Linus,Cletus,Clemens, Euariſtus,Alexander, &c. Vnde 68. Hæreſi tradit Vrſatium ac Valentem,qui ſanctum Athanaſium iniuſtè accuſauerāt,poſtea pœnitentiam agentes ad Beatum Iulium Romanum Epiſcopum cum libellos profectos eſſe, vt ab ipſo in Communitatem,ac ad pœnitentiam reciperentur. Hierony. Athana.

Baſilius. Quod, niſi Eminentiam Romanæ Sedis (cùm proprium haberet Epiſcopum) intellexiſſent, neceſſarium non erat. Sic totam Orientalem Eccleſiam ſuo tempore cum Romano Pontifice neceſſariam habuiſſe communionē inſinuat B. Auguſt. lib. 3. contra Creſco. cap. 34. Ad Carthaginēſem (inquit) Epiſcopū, Romano prætermiſſo, nunquam Orientalis Catholica ſcriberet. Nam de eius ſententia mox eū audiemus.

Epiphan.

Accedat nunc ex Occidente cū ſuis Coëpiſcopis ſanctus Ambroſius. Cū enim Siricius Papa eis Iouinianum à ſe damnatū ſignificaret, ipſi Epiſt. 81. in hunc modum reſcribunt: Recognouimus literis Sanctitatis tuæ, boni Paſtoris excubias, qui fideliter tibi commiſſam ianuam ſerues & pia ſollicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus quem oues Domini audiāt & ſequantur. Et inde, Dogmata Iouiniani confutantes: Credatur (inquiunt) Symbolo Apoſtolorum, quod Eccleſia Romana iteratū ſemper cuſtodit & ſeruat. Et in oratione, quam de obitu fratris ſui conſcripſit, plurimum fratrem cōmendat, quòd cùm præſidio ſacroſanctæ Euchariſtiæ orario inuolutę, naufragium euaſiſſet, & ad Eccleſiam, vt gratias Deo ageret, ſe conferēs, ipſe ſibi

Auguſ. & tota Oriēs

Ambr. cū ſuis.

Sa-

Sacramentum miniſtrare non auderet, aduocauit (inquit) ad ſe Epiſcopum: nec vllam veram putauit, niſi Veræ Fidei, gratiā: percunctatuſq; ex eo eſt, Vtrumnam cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt, cum Romana Eccleſia conueniret. Planè neceſſariam eſſe omnibus eius communionem ſignificans. Quam verò tota Aphrica cōmunionem & ſententiam de Rom. Pontifice tūc retinuerit, patet: tū, ex libris, quos ſcripſit B. Auguſt. ad Bonifaciū: tum, & ex literis quas Concilium Carthaginenſe & Milleuitanum ad Innocentiū miſerūt. Teſtatur etiam Celeſtinus, Epiſtolę, quam ſcribit ad Gallos cap. 2. Rurſus B. Aug. lib. 1. contra Iulianum: Puto (inquit) tibi eam partem orbis ſufficere debere, in qua Primū Apoſtolorum ſuorū voluit Dominus glorioſiſſimo martyrio coronare. Cui Eccleſię prę ſidentē B. Innocentiū ſi audire voluiſſent, iam tunc periculoſam iuuentutē tuā Pelagianis laqueis exuiſſes. Quid enim potuit vir ille ſanctus Aphricanis reſpondere Cōciliis, niſi quod antiquitùs Apoſtolica Sedes & Romana cū cæteris tenet perſeueranter Eccleſia. Et paulò poſt: Cum his (ſupple, Epiſcopis) Cypriano &c. ipſe con ſidet, etſi poſterior tempore, prior loco.

Cōc. Carthagin. Cōc. Milleuit.

Auguſt.

Innocent.

Aug. epiſ. 90. 91. Patres verò Concilij Carthaginenſis, cùm damnationem Pelagij & Cœleſtei ad Innocentium referrent, idem omninò declarauerunt his verbis: Hoc itaque geſtum Domine frater, Sanctæ Charitati tuę intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis etiã Apoſtolicæ Sedis adhibeatur Authoritas, pro tuenda ſalute & quorundam peruerſitate etiam corrigenda. Haud diſſimiliter eidem ſcribunt Epiſcopi Concilij Milleuitani. Ad quos reſcribens Innocentius: Aug. epiſ. 94. Diligenter (inquit) & congruè Apoſtolico conſuluiſtis Honori, Antiquæ ſcilicet Regulæ formã ſecuti, quam toto ſemper orbe mecum noſtis eſſe ſeruatam. Qui id etiam actione firmaſtis, quod per omnes Prouincias de Apoſtolico Fonte petentibus, Reſponſa ſemper emanent. Itẽ quantæ tũc temporis Authoritatis in toto orbe etiam apud Hæreticos fuerit Cenſura Romani Pontificis, verbis & facto teſtatur B. Auguſtinus, & aliquot cum ipſo Epiſcopi, petentes, vt ipſe accito Pelagio cogat librum quendam ab eo anathematizari. Si enim cognouerint eundem librum (quem illius, vel putant eſſe, vel norunt) Epiſcoporum Catholicorum Authoritate, & maximè Sanctitatis tuæ, quã

apud

Digitized by Google

apud eum eſſe Maioris Ponderis minimè dubitamus, ab eodem ipſo damnatum, non eos vlteriùs exiſtimamus auſuros loqui contra gratiam Dei. Et quando dictorum Conciliorum diligentia Doctrina Pelagij excuſſa, ad Sedem Apoſtolicam delata eſſet, & ab Ea damnationis ſententiam accepiſſet, [redacted] ſufficere Populo Chriſtiano vir ille ſanctus exiſtimauit. Nam de verbis Apoſtoli: Fratres (inquit) compatimini mecum, vbi tales inueneritis, occultare nolite, redarguite contradicentes, & reſiſtentes ad Nos perducite. Iam enim duo Cōcilia miſſa ſunt ad Sedem Apoſtolicam. Inde etiā Reſcripta venerūt. Cauſſa finita eſt. Vtinam aliquando finiatur error. Rurſus Bonifacio ſcribēs, Summi Præſulis ipſum titulo honorat: Non dedignaris (inquiēs) qui nō alta ſapis, quāuis altiùs præſideas, eſſe amicus humiliū, & amorē repēdere impenſum. Et paulò poſt: Cùm cōmunis ſit omnib⁹ nobis, qui fungimur Epiſcopatus officio (quāuis ipſe in eo pręemineas celſiore faſtigio) Specula Paſtoralis, facio quod poſſum, pro mei particula muneris. Sed enim, ô vir celeberrime, pleniſsimè, quæſo, ſenſum cordis tui nobis prodas, & quę te in Eccleſia Romana tenuerit, aperi.

Aug. ſer. 2 de verbis Apoſt.

Lib. 1. cō. epiſt. Pelag. cap. 1.

Tenet

Tenet me, inquit, conſenſio Populorum atque Gentium: tenet Authoritas Miraculis inchoata, Spe nutrita, Charitate aucta, Vetuſtate firmata: tenet ab Ipſa Sede Petri Apoſtoli (cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit) vſque ad præſentem Epiſcopatũ Succeſsio Sacerdotum (quos Epiſtola centeſima ſexageſima quinta recenſet) tenet ipſum Catholicę nomen, quod iſta Eccleſia, non ſinè cauſa, ſola obtinuit. Vt cùm omnes Hæretici ſe Catholicos dici volunt, quærenti tamen alicui peregrino: Vbi ad Catholicam. i. Vniuerſalẽ Eccleſiam perueniatur? nullus, vel Baſilicã ſuam, vel Domum audeat oſtendere. Nõ enim poſſunt intelligi ab extraneis, niſi hoc nomine Eccleſia diſcernant, quo ab vniuerſo, tam Fidelium, quàm Infideliũ orbe appellatur. Vbi Proprietates Eccleſiæ nuper à nobis expoſitas clarè vides Eccleſię Romanę applicari. Vnde eius Authoritatem ſolidiſsimam eſſe veritatis inueniẽdæ viam docet, in libello, quem ſcripſit de Vtilitate credendi. Adiunge iſtis Authorem libri, qui apud Ambroſium de Vocatione Gentium inſcribitur, quem multi D. Proſperi eſſe putant. Is, capite ſexto, eiuſmodi fert ſuffragium:

Cap. 4. cõtra epiſt. funda.

gium:

gium: Gratia Chriſtiana non contenta eſt, eoſdem Limites habere quos Roma, multoſq; iam populorum, ſceptro Crucis Chriſti illa ſubdidit, quos armis ſuis iſta nō domuit: quę tamen per Apoſtolici Sacerdotij Principatum amplior facta eſt arte Religionis, quàm ſolio poteſtatis.

Caput Octauum.

ADde præterea totum Concilium Epheſinum, quod ſcribens ad Cœleſtinum Pontificem Patriarchæ Antiocheni cauſam, Pietatis ipſius Iudicio reſeruat. Et Legatos ipſius (inter quos præcipuus erat Cyrillus) commemorans: Qui, inquit, vicem ac præſentiam tuam nobis conſeſſu ſuo exhibuerunt, & Apoſtolicæ Sedis locum adimpleuerunt. Et cum de Neſtorij depoſitione in illo ageretur Cyrillus cauſam ad Cęleſtinum referens: Veruntamen, inquit, nos ipſi ab illius communione cum fiducia modò exemimus, donec iſta pietati tuæ communicemus. Cui reſpondens Cęleſtinus, Errorem Neſtorij damnat, mandatq; Cyrillo, vt adiuncta ipſi ſuæ Sedis Authoritate, & vicis illius ſucceſsione, & Poteſtate functus eum excommunicet atque deponat. Quibus literis Synodus ipſa commota, ſenten-

Apud Cyril epiſt. 11.

Cyrill. epiſtola 18.

Epiſt. 12.

tiam

tiam depoſitionis in Neſtorium tulit. Quã his verbis orbi voluit ſignificatam: Neceſsitate nobis à Canonibus & ſanctiſsimi Patris Collegæ noſtri Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Epiſtola impoſita, diu multumq; lachrymantes, ad triſtem hanc peruenimus ſententiam, vt Neſtorium à Dignitate Epiſcopali & conuentu Sacerdotum prorſus eſſe alienum decerneremus. Quam ſententiam, cùm non ita placere Imperatori videret, multum eo nititur, quòd magnę Romæ Epiſcopus Synodo coniungeretur, qui ſua ſententia, in damnatione Dogmatis, Synodum præueniſſet. Accuſans verò Patriarcham Antiochenum inter cętera illud etiam infert, quòd contra Caput cõgregatorum Epiſcoporum (Cyrillum, inquiunt, dicimus ſanctiſsimũ Archiepiſcopum) auſus fuiſſet proferre blaſphemiã depoſitionis. Ipſum Caput appellans, quia Capitis Cęleſtini vice fugebatur. Ecce habes amplius, quam ducentos & decem in vno Cõſilio Epiſcopos, ex toto orbe congregatos, quos cum alijs Romani Pontificis ſuper ſe Authoritatem & neceſſariam cum Eo Cõmunionem agnouiſſe vides. Quibus adde verba Cyrilli, quæ à B. Thoma in quartũ de Ordine; & ad 16. caput Matthæi recitan-

In actis Conc ex hiſt. 2. Nicephori.

Epiſto 4. apud Cyrillum.

tan-

tantur. Vbi omnes iure diuino Caput Romano Pontifici inclinare teſtatur.

Caput Nonum.

QVod ſi placet auguſtiorem habere Synodũ, adde huic Chalcedonenſem, quæ ſexcentorum & triginta Epiſcoporũ fuit. Huic enim in eadem communione ſanctiſsimi illius Leonis Vicarij præſederunt. Quando enim Cęleſtino ſucceſsit Sixtus (cui quantũuis accuſato Imperator Valentinianus eum honorẽ detulit, vt nõ niſi eius Authoritate Synodum, in qua plenè purgatus ille fuit, congregaret) Hũc deinde ſecutus eſt Leo, ter ſanctus à patribus nuncupatus. Quantum igitur huius loco & Sedi Patres Concilii tribuerint Authoritatis, promptum eſt ex Actis intelligere. Etenim actione vltima, cum Iudices ſiue Senatus: perpendimus, aiunt, Primatum & honorem præcipuum ſecundum Canones antiquæ Romę eo amantiſsimo Archiepiſcopo conſeruari, Epiſcopi dixerũt: Hæc omnes dicimus: Hęc omnibus placẽt. Et, vt de Concilii ſentẽtia plenius tibi cõſtet, annotabis, quòd actione prima hoc titulo Leo honoretur, quòd Thronũ Apoſtolicum gubernaret: deinde,

Leo epiſtola 53.

quòd

quod nemine contradicente, Roma Caput omnium aſſeritur, tertiò quòd Secúda Epheſina Synodus reprobatur, & táquam Acephala (quia ſine Authoritate & præſentia Sedis Apoſtolicæ celebrata eſt) damnatur. Poſt hæc, in ſecunda actione, Petrus per Leonem locutus eſſe dicitur. Et tertia: Vniuerſalis Archiepiſcopus (Sicut etiá ex Gregorio patet) appellatur. Ibidemque mandatum Sedis Apoſtolicæ, de Dioſcoro omni honore exuendo, tanquam à Beatiſſimo Petro (qui eſt Petra & Crepido Catholicæ Eccleſię, & rectę Fidei Fundamétum) receptum eſt. Poſtremò, quòd Concilium ad Leoné ſcribens, petit vt ſua Decreta ad eo confirmentur: Rogamus igitur (aiunt) & tuis Decretis noſtrũ honora iudicium, quod ipſum finito Cõcilio, cum peteret Imperator, Sanctus Leo ſe feciſſe declarat. Verum, quia Sanctiſsimus iſte vir eiuſmodi eſt, vt ei pleniſsima Fides debeatur, ſuam ipſius hac de re ſententiam audiamus. Itaque Epiſtola 63. ſic habet: Gloriamur in Domino, qui nullum nos in magiſterio fratribus detrimentũ ſuſtinere permiſit, ſed quę noſtro prius miniſterio definierat, vniuerſę fraternitatis irretractabilis firmauit aſſenſus. Vt vero à ſe prodiſſe oſtẽderit,

Greg. epiſtola 30. lib. 7.

Epiſt. 60.

derit,

derit, quod prius à Prima omniũ Sede firmatum totius Chriſtiani orbis iudiciũ recepiſſet. Et Epiſtola 89. (vbi de Petro & eius Sede loquitur) quiſquis Principatum, inquit, æſtimat denegandũ, illius quidem nullo modo poteſt minuere Dignitatem, ſed inflatus ſpiritu ſuperbiæ, ſemetipſum in inferna demergit. Eundem ſi velis legere 1. & 2. Sermone de Aſſumptionis ſuæ anniuerſario die, miraberis Sedis Apoſtolicę verè magnam dignitatem, Hæc de Synodo Chalcedonenſi.

Caput Decimum.

Accedunt adhuc prædictis (vt ex omnium temporũ, licet inferioris Authoritatis Patribus, quã meditamur, Synodus coaleſcat) Petrus Diaconus, cum cęteris Orientalibus Romam in cauſa Fidei directis. Et Fulgentius, cum 15. Occidentis Epiſcopis: Illi quidem ad Fulgentium cap. 5. quatuor illa celeberrima Concilia cũ Cyrillo & Leone recipientes, Eutichen, Dioſcoron, & ſocios eorũ deteſtantur, omneſque (inquiunt) quos iuſtè ac regulariter Sedes Apoſtolica condemnauit: Iſti verò ad ipſum Petrum cap. 11. Fidem de duabus Naturis in Vna perſona Chriſti

aſtruentes: Quòd (inquiunt) duorum magnorum luminarium Petri ſcilicet Paulíq; verbis, tanquam ſplendentibus radijs illuſtrata eorumq́ue decorata corporibus Romana (quæ mundi cacumen) tenet & docet Eccleſia, totuſq; cum ea Chriſtianus orbis. Quia autem Conuentum ex Patribus, qui Concilium Nicenum ſecuti ſunt, cogimus, licet tempore ſuperioribus vtcunq; ſunt poſteriores, quia tamen pietate & eruditione cũ eis ſunt conferendi, adiungantur etiam, Beatiſsimus ille humillimuſq́ue Gregorius: & verè mellifluus Bernardus. Quorum ille ſub Annum Domini ſexcenteſimũ florens (Quamuis nomen Vniuerſalis Epiſcopi propter ſpeciem arrogantiæ, ne ſolus Epiſcopus videretur, cum prçceſſoribus refugerit) Romanum tamen Pontificem omnibus Epiſcopis à Chriſto eſſe præpoſitum, non vt dominaretur, ſed omnibus ſeruiret, conſtãter docuit. Nam in 5. Pſalmum pœnitentialem ad verſiculum: Tota die exprobrabãt mihi: aduerſus Principẽ quendam agens, In tantũ (inquit) ſuæ temeritatẽ veſaniç extendit, vt Caput omnium Eccleſiarum Romanã Eccleſiam ſibi vẽdicet, & in Domina Gentiũ terrenç Ius poteſtatis vſurpet. Quod omninò ille fieri pro-

Lib. 7. epiſt. 30.

prohibuit, qui hanc B. Petro Apoſtolo ſpecialiter commiſit. Cuius vt clariùs ſententiam intelligas, elige Epiſtolã triceſimam ſecũdam, triceſimã tertiam, & triceſimam quartam, & triceſimã ſextam, triceſimam octauam, & nonam, Lib. 4. & 28. lib. 6. Bernardus verò, De conſideratione ad Eugenium lib. 2. ſententiam ſuam profitetur huiuſmodi: Age, inquiens, indagemus diligentiùs, qui ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonã in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Põtifex, tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Authoritate Moyſes, Iudicatu Samuel, poteſtate Petrus: tu es, cui claues traduntur, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij Cœli Ianitores, & gregũ Paſtores, ſed tu tantò glorioſius, quanto & differentius præ cæteris vtrunq; nomẽ hæreditaſti. Habent illi ſibi aſsignatos greges, ſinguli ſingulos: Tibi vniuerſi crediti, nõ vnius, nec modo omniũ ouium, ſed & Paſtorũ tu Vnus omniũ Paſtor. Vnde id probẽ quæris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporũ, ſed etiã Apoſtolorũ ſic abſolutè & indiſcretè oẽs cõmiſſæ ſunt oues? Si me amas Petre, paſce oues meas. Quas? Illius vel illius Populi? Ciuitatis? aut regionis? aut certi regni?

Oues meas (inquit) Cui nõ planum: Non deſignaſſe aliquas, ſed aſsignaſſe omnes? Nihil excipitur, vbi diſtinguitur nihil. Rurſus in Epiſt. 190. ad Innocentium: Oportet (inquit) ad veſtrum referri Apoſtolatũ pericula queq; & ſcãdala emergentia in Regno Dei: ea præſertim, quæ de Fide contingunt. Dignum namque arbitror, ibi potiſsimum reſarciri damna Fidei, vbi non poſsit Fides ſentire defectum. Hæc quippe huius prerogatiua Sedis. Vnde Epiſto. 174. ſua omnia Sedi Apoſtolicę libẽter ſubmittit. Sanè ſi Epiſcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum, ſi tales poſſent illic facilè ſedere tot. Quia nec iſti vno tẽpore fuerunt, quorũ cœtũ: non in loco, quo nauigare conantur homines: ſed in libro, qui nauigare poſsit ad homines, facilè intelligimus quam Eccleſiã ipſi profeſsi ſint, & in qua animas ſuas, viri tam ſancti, per totum orbem Domino commẽdauerunt.

Ad Canonicis.

Finis Cõcilii.

Caput Vndecimum.

VErum enimverò, ad temporum Hiſtorias reuertamur, & quæ à temporibus, vbi deſtituimus, per Succeſsionẽ ſemper Catholica apparuerit Eccleſia, videamus. Leoni itaq; primo (vnde deflu-

Digitized by Google

defluxit oratio) ſuccedit Hilarius Synodi Epheſinæ, & Chalcedoneñ. confirmator. Quem ſecutus eſt Simplicius. Cui tãquam vniuerſali Epiſcopo ſcripſerũt Epiſcopi Cõſtantinopolitani. Illi Fœlix, qui Authoritate Sedis Apoſtolicę in Petrum & Achalium Hæreticos confidenter eſt vſus. Huic ſurrogatur Gelaſius, qui nulla acta cuiuſcunque Synodi plenum robur habere docuit, niſi per Romanum Pontificem confirmarẽtur. Gelaſio verò Anaſtaſius, quem Catholicis in damnatione Achaici Hæretici, vt Caput eorum conſenſiſſe (licet eum quidam erroris huius notare voluerint) manifeſtum eſt: cum, ex epiſtola, quam ſcribit ad Anaſtaſium Auguſtu: tum, capitulo 2. diſtinctione 19. Anaſtaſius verò ſucceſſorem habuit Symmachum, cuius, cùm accuſatus eſſet, cauſam Synodus Romana, iuſſu Theodorici Regis ad iudicãdum congregata, Deo permittẽdam eſſe voluit. Sicut liber Euodij Diaconi à Synodo probatus eruditè confirmat. Aliorum enim cauſas Deus voluit per homines terminari: Sed Sedis iſtius Præſulẽ Suo ſine quæſtione reſeruauit Arbitrio. Symmacho autem ſucceſsit Hormiſda. Cuius mandatis Rex Franciæ Clodophæus ſe pariturum An. 494.

promiſit Synodo Aurelianenſi. Et huic cõ-
Ioan.19. ſtantiſsimus Ioannes Martyrio pro Fide Catholica coronatus. Qui ſucceſſorem habuit Fœlicem quartũ. Quorum cum aliis Communio patet ex Epiſtolis, quas ad diuerſos mittit. Poſt hæc gubernaculum Eccleſiæ accipit Bonifacius ſecundus, Cuius tempore Carthagineñ Eccleſia (quæ nonnihil quæſtionis cum Romana, de Appellatione, aliquantiſper habuerat) plenè eſt illi reconciliata. Ac Eulalius eius Archiepiſcopus veterum veſtigiis, (vt verbis eius vtar) inhærens, ſe Romano Pontifici ſubmiſit. Veram ſalutem in Eccleſia Romana aſſerens, omnesq; Anathematizãs, qui Statutis Romanorum Pontificum contradicunt. Bonifacij verò loco Sedit Ioannes ſecundus, ad quem Fidei Catholicã Confeſsionem, velut ad omnium Paſtorẽ ſuum miſit. Auguſtus Iuſtinianus, tametſi Catholicis poſtea iniquior. Poſt quem eius loco ſedit Deo dilectus Agapetus, vas (vt verbis vtar Gratiani) Catholicum. Qui animo martyr, & conſtantia aduerſus Eutichianã (cuius erat fautor Iuſtinian⁹) hæreſim, locũ fecit Siluerino, ſimili de cauſa martyri. Cu-
Epiſt 4. ad Eutherum ca.7. ius ſucceſſor Vigilius Fidẽ Catholicam, & Sedis Apoſtolicę Primatũ ſanguine quoq; ſuo

ſuo conſignauit. Qui ſedē ſuam Papæ verè Felici reliquit. Qui Dogmate Petri Antiocheni de Triſagio inſanientis, ad ipſum ex pluribus Oriētis Prouinciis delato pereruditа Epiſtola, ipſum cum Synodo ſua monuit & confutauit. In qua re & omnibus aliis Fidem concernentibus tota Eccleſia (ſicut patet ex Concilio Conſtantinopolitano) ipſi & prçceſſoribus eius communicauit. Huius locum deinde tenuit Pelagius Cuius tempore Patres in Cōcilio Aurelianenſi: Primum, (inquiunt) nefarias Sectas Eutichetis & Neſtorij, quas Sedes Apoſtolica ſancta cōdemnat, ſimiliter & nos eaſdem cū S. Authoribus & ſectatoribus execrantes, præſentis conſtitutionis vigore Anathematizamus, Apoſtolicū Fidei ordinem in Chriſti nomine prædicantes. Sed hic Ioanni 3. locum fecit. Sub quo ad ouile Chriſti, cuius ipſe Vicarius erat, Armeni ſunt reuerſi. Huic ſuccedens Benedictus Beticam gentem, errore eius ab Epiſcopo Dauide ad ipſum relato, Fidem docuit Trinitatis. Quem ſecutus Pelagius cum Patres Concilij Hiſpalenſis, & vniuerſæ Eccleſiæ communicarent, docuit Romanam Sedem inſtituente Domino, Caput eſſe omnium Eccleſiarum. Cuius

Concil. 5. Cano. 1.

etiam tempore cum Conſtantinopoli Hæreſis de Reſurrectione Patriarchã occuparet, notum eſt Eccleſiam, quæ eam confutauit, fuiſſe Romanam. Gothi quoque Arianiſmo relicto Fidem Romanæ Eccleſiæ eius tempore ſunt amplexi.

B Grego. lib. 23 in Iob, cap. 21. & 31.

Caput Duodecimum.

Greg epiſto. 35. lib. 4. & 2. ibidem.

POſt hæc Sedem Petri aſcendit verè Maximus ille Gregorius Papa 64. ſub annum Domini 600. Cuius tempore, qui aliam hominum Societatem, quã quæ eius Sanctitati communicabat, veram fuiſſe Christi Eccleſiã audet aſtruere, in ipſa meridie videtur mihi palpitare. Nam ſicut ex Regiſtro eius manifeſtum eſt, cum ipſe ſe eum haberet, cui omnium Epiſcoporum & Regum & Imperatorum cura incumberet, atque Eccleſiam Romanam omniũ eſſe Caput doceret, omnes tamen vbique terrarum, cum populo ſibi ſubiecto, illius communionis erant. Et qui ad Fidem Catholicam (quod in plurimis, nẽpe Anglis, Gothis & Longobardis tunc factum eſt) cõuertebantur, illius gubernationi & Eccleſiæ ſe ſubijciebant. Etenim Euſebius Patriarcha Conſtãtinopolitanus, qui ex Decreto Concilij Chalcedoneñ. poſt Romanos,

Digitized by Google

nos,ſecundus tunc erat in Eccleſia,& Imperator, ſicut ex Epiſt.63.lib.7. manifeſtũ eſt,Primatum Romanę Sedis agnoſcebát. Idipſum Alexandrinus lib.7. Epiſtola 30. Gregorium Papam Vniuerſalem appellás. Sicut & Epiſcopus Numidię, toto corde Sedi Apoſtolicę inhęrebat,Lib.2.epiſt.86. Et Rauẽnatis Eccleſiæ Præſul,quòd Sedes Apoſtolica, Vniuerſali Eccleſiæ ſua iura tranſmittebat, Lib.10.Epiſto.55. declarat. Quibus accedit quòd lib. 12. Epiſcopi 31. inter quos erant etiam Alexandrinus & Carthaginenſis, cum Rege Theodorico & Regina Brunichilde ſubſcripſerunt vltimæ Epiſtolæ,quę mira priuilegia S.Medardi Monaſterio tribuens, Sedis Apoſtolicæ Authoritatem ſuper omnes attollit. Quem(inquit)locum Medardi meritis ſacratum caput Monaſterium totius Galliæ conſtituimus, nulliuſque ditioni patimur ſubeſſe.Sed,velut hęc Sedes Romana ſpeculationem ſuam toti orbi indicit, & nouas conſuetudines omnibus mittit& omnium perſonarum ſeruitio caret:ita præfatus locus exemplum Diuinę Religionis & honeſtatis cæteris exhibeat monaſteriis. Idem clariſsimũ euadit ex Epiſtolis, quas ad quatuor Patriarchas,primatem Cartha

ginenſem,& ad vniuerſos totius orbis E-piſcopos ſingulatim ſcribit. Ex his enim mutua eorum in Fide Catholica ſocietas fit euidentiſsima. Legat ſtudioſus Epiſtolã 24.lib.1.quã pro more mittit ad alios quatuor Patriarchas. Septimã quæ eſt ad Antiochenum. Quartam quę eſt ad Conſtantinopolitanũ,& in ſecundo lib.39.quæ eſt ad Carthaginẽſem. Quibus, quoniam poſt eum proximi erant,& ſuprema in Eccleſia luminaria, ſæpè de Eccleſiaſticis cauſis ſcribit, eos (ſicut bonũ paſtorẽ decebat) mouens, inſtruens & corripiens. Idem quoque videre licet in epiſtolis quas ad Epiſcopos Galliæ, Hiſpanię, Italiæ, Hybernię, Numidiæ, Corſicæ, Ciciliæ, Dalmatiæ, Aphricæ, Illyridis, Iſtriæ,& cuius, obſecro, prouinciæ nõ ſcribit? Imo verò ipſi Reges & Imperatores haud indignè tulerunt, quòd eos vir humillimus filios ſuos, & vxores eorum filias appellaret, Sic enim facit Epiſtola 51. Lib. 4. quam ſcribit ad Hildebertum Regem Franciæ, & Epiſtola 37. 113. 53. lib. 11. Epiſtola 12. & 36. ad Phocam Auguſtum & Regem Longobardorum. In ſignum quoque omnium obedientiæ omnes Archiepiſcopi reuerẽter ab eo Pallium iuxta veterem conſuetudinem petierunt,

Digitized by Google

uerunt, quo in maioribus Feſtiuitatibus in templo tantum vterentur, Sicut habes libro quarto, Epiſtola 15. 52. 54. lib. 5. Epiſtola 5. lib. 7. epiſt. 5. 76. 125. 129. Credo igitur ſatis eſſe manifeſtum, quòd illa ætate non alia fuit Chriſti Eccleſia, quàm quæ Gregorio communicaret.

Caput Decimumtertium.

POſt Gregorium igitur & qui ei ſucceſſit Sabinianum, gubernaculum Eccleſiæ ſuſcepit Bonifacius eius nominis tertius, Cuius tempore Phocas Imperator Patriarchæ Conſtantinopolitani inſolentiam compeſcens, Publica, & ad vniuerſum orbẽ miſſa ſanctione pręcepit, vt Romanę Eccleſię Romanoq; Pontifici omnes per orbem obedirẽt, & Sedes B. Petri quę caput omnium Eccleſiarum ita & diceretur & haberetur. Huic ſuffectus alius Bonifacius Succeſſorem habuit: Deus dedit. Poſt quem Bonifacius Quintus Cathedram aſcendit. Cuius tempore anno Heraclij Imperatoris duodecimo, magnum illud in orbe ſurrexit Idolum Mahomethus, tanquam eorum flagellum qui defectionem à Sede Apoſtolica ſubinde moliebantur, homo Arabs, vel, vt alij, Perſa

Blondus lib. 9.

Patre

Patre gentili matre Hebraica Iſmahelitici generis, qui peccatis noſtris id exigẽtibus, ex omnibus Sectis & ſuperſtitionibus horrendam generi humano inuexit Deſolationem. Cuius qui ſuperſtitioni adhærent, tametſi longè maximã (proh dolor) orbis partẽ nunc occupẽt, Eccleſiã tamẽ Chriſti, cùm ex Diametro cũ Chriſto pugnent, & ex gẽtibus nõ baptizatis origiẽ habeant, cõſtituere, vt eſt manifeſtũ, nõ poſſunt, tãetſi qui ex Chriſtianiſmo ad eius partes trãſierint ex ipſo initio defectionis clarum eſt, quòd Corp⁹ ipſum Eccleſię nõ fuerint, ſed Partes & Rami inde ſe ſeparãtes. Poſt hęc floruit Honorius primus, cui falſo Monotelitarum error impingitur. Nam & Imperatorem Heraclium ab hoc errore reuocauit, & Sergium eius Authorem primus de eo monuit & repræhendit. Quẽ etiã cum ſuis omnibus præceſſoribus Epiſtola Agathonis ad Concilium directa ab omni erroris labe vindicat: imò eius opera patiẽte Imperatore, Pyrrhus Patriarcha Conſtantino. huius erroris patronus, ſuo honore deiectus eſt, & in Aphricam relegatus. Poſt Honorium creatus eſt Seuerinus, pauperum amator. Deinde Ioannes quartus. Poſt hunc Theodorus. Ad quem Veniens

Blondus lib. 9. Platina de eius vita epiſtol ad Seruium. Agatonis epiſtola in act. 4. 6. Synodi. Pygius, Hoſius, Georg. Vicelius.

Pyr-

Pyrrhus Patriarcha ad pedes eius prouolutus, & erroris veniam petiuit. Cuius ſucceſſorem Paulum, propter eũdem errorem Theodorus dignitate priuauit. Hoc itaque tẽpore cœperunt Oriẽtales Eccleſiæ multum tumultuare, & graues in Fide (cõtra viriliter agẽte Pontifice Romano) diſſentiones excitare, Patriarchis ipſis Imperatorẽ Conſtantinum ad ſectam Monotelitarum non parum ſollicitantibus. Hic itaque diligenter conſiderandum, penes quos vera manſerit Eccleſia, & qui ab illa deſciuiſſe rectè dici poſsint.

Paulꝰ Cõſtant. Cyrus, Alex. Macarius Antiochenus.

Caput Decimumquartum.

Theodoro igitur ſurrogatus eſt Martinus. Qui damnato Paulo Conſtantinopolitano, pro Fide in exilio mortuus eſt. Poſt quem electus Eugenius locũ dedit Vitaliano. Quem ſecutus eſt Adeodatus. Hunc verò Donus, qui locum ceſsit Agathoni viro ſanctiſsimo, Hic igitur Eccleſias grauiſsimè turbari Monotelitarum inſania videns, opera Conſtantini Imperatoris Concilium habere conſtituit, in quo eorũ cauſa tractaretur. Conuenerunt itaq; Conſtãtinopolim 289. Epiſcopi miſsis ab Agathone Sedis Apoſtolicę Legatis, Ioãne

Por-

Portienſi Epiſcopo,& Ioanne Eccleſiæ Romanæ Diacono. Hic nunc attende, penes quos Corpus ipſum Catholicum in hac cauſa remanſerit. Siquidem Georgius patriarcha Conſtantinop. qui Paulo ſucceſ-
Act. 8. ſerat,intellectis quę à ſancta Sede Apoſtolica & aliis Patribus contra Monotelitas pro recta Fide adſerebantur, mutauit ſententiam,& credere ſe, ſequi atque ſuſcipere profeſſus eſt,quę à ſanctiſsimo Agathone Papa Romano ſuggeſta erant.Macarius verò Antiochenus, qui contra ſententiam Concilij pertinaciter, Vnam voluntatem, vnamque actionem in Chriſto, vt Monotelitam defendebat, à ſancto Concilio & Imperatore Pallio Epiſcopali exutus, in exilium eſt relegatus, omnibus Epiſcopis in ſententiam Agathonis vnanimiter accedentibus. Quare Macarium cum ſuis tunc Sectæ habuiſſe rationem : eos verò, qui Agathoni adhærebant, Corporis naturam retinuiſſe, atqueadeo Eccleſiam, (quæ impię Monotelitarum Sectæ,tam in Oriente,quàm Occidente, ſe opponebat) verè fuiſſe Romanam,certũ eſt. Paulò verò poſt hæc tempora ſub Iuſtiniano,conuenerunt in Trullum 227. Epiſcopi : Qui ſextæ & quintæ Synodo Canones adiecerunt.

Digitized by Google

cerunt. Qui quidem Conuentus, tametſi propter abſententiam Authoritatis Apoſtolicæ nomen Concilij Generalis non mereatur, Authoritatem tamen Sedis illius, tanquam Primæ agnoſcit Cano. 36. Sub eadem tempora Eccleſia Rauennas, quę propter reſidentiam Exarchi ad tempus voluerat Romanæ Eccleſiæ eſſe æqualis, faſces illi ſubmiſit, Theodoro eiuſdem Eccleſiæ præſide ad veritatis cognitionē reuertente. Agathone vero defuncto Leo ſecundus, ſimili conſtantia in eadem Communione eandem Fidem profeſſus eſt. Poſt Leonem verò Benedictus ſecundus, Cui Ioannes quintus ſubſtituitur. Ioanni verò Conon. Poſt quem delectus Sergius Eccleſiá Aquilienſem (quæ quintā Synodum non omnino probabat) ad ſanitatem doctrina & Authoritate ſua tandem perduxit. Cuius etiam virtute & Sanctitate Saxones, tùm primum Fidei Chriſtianæ charactere, publico conſenſu, ſunt inſigniti. Poſt Sergium autem Pontificatum iniit Ioannes Sextus. Cuius tempore Aphrica ad leges Saracenorum, vi & armis pertracta eſt. Hunc alius eiuſdem nominis ſeptimus ſecutus eſt. Cui ſuffectus Siſinnius, Mox Conſtantino locum

Anno Domini. 682. quando Saxones conuerſi.

locum fecit. Sub quo Iuſtinianus Imperator ad mentem rediens meliorem Sedem Apoſtolicam magna veneratione habuit, pedesq; Conſtantini ad ſe inuitati exoſculatus eſt. Cyrus etiam Patriarcha Conſtantinopolitanus Conſtantino in eadem Fide communicauit, & cum toto Clero ad octauum vſque Lapidem occurrens, maximo eum honore excepit, Sicut & Nicomedienſes fecerunt. Huius quoque tempore, Duo Saxonum Reges Romam, Voti cauſa & Religionis, acceſſerunt. Poſt Conſtantinum Gregorius ſecundus, vir omnium laudatiſsimus, Papa electus eſt. A quo in Germaniam miſſus Bonifacius, eam, qua parte reſtabat, ad Fidem conuertit, Ipſeq; plurimos Romam venientes propriis manibus baptizauit. Poſt hũc Cathedram illam tenuit Grego. 3. qui qua valebat in Eccleſia Authoritate, Imperatorem Leonem Iconoclaſtarum Authorem auſus fuit imperio & Fideliũ conſortio ſpoliare. A Gregorio verò Pontificatum obtinuit Zacharias, qui Pipino Regnum Franciæ ſua Authoritate adiudicauit. Cuius ſucceſſoris Stephani in Francia venientis pedes oſculatus eſt Pipinus. Inde Paulus electus eſt. Poſt quem Stephanus 3. Eiecto, qui locum

Quando Germanorum reliquiæ conuerſæ.

Nota de Iconoclaſtis. An. 753.

vi oc-

vi occupauerat Conſtantino, verus Petri Succeſſor effectus eſt, poſt quem Adrianus à Carolo Magno Francorum Rege magnificè honoratus.

Caput Decimumquintum.

HOC tempore cùm Iconoclaſtę ſacrarum imaginum demolitione Eccleſiam non deſinerent perturbare, celebrata eſt Vniuerſalis Synodus Nicena ſecunda, quæ 350. Epiſcoporum, præſidentibus in ea Sedis Apoſtolicæ Legatis, Sanctorum Imagines venerandas eſſe iuxta Catholicam obſeruationem decreuit. Et in Epiſtolam Adriani (qua præter directam de Imaginibus ſententiam, etiam tradit Romanam Eccleſiam omnium eſſe Caput) tota conſenſit. Legatis enim petentibus: Dicat nobis Sacra Synodus, num recipiat ſanctiſsimi Papę veteris Romæ literas, an minus: Ea reſpondit: Sequimur, recipimus, & probamus. Et actione ſexta, Propterea declaratur non veram fuiſſe Synodum ſub Leone contra Imagines celebratam, quoniam non habuit Cooperarium Romanum Papam, nec illius Sacerdotes, nec per Vicarios, nec per Prouinciales literas, quemadmodum

Synod. 2. Nicena.

Digitized by Google

fieri in Synodis debet. Cùm itaque præter Orientem conſtet huic Synodo omnes Galliæ, Italiæ, & Occidentis Epiſcopos communicaſſe, planum eſt, tunc Corpus Eccleſiæ penes eos remanſiſſe, qui cum Romano Epiſcopo communicabant. Poſt Adrianum verò Pontifex creatus eſt Leo tertius, De cuius moribus & vita (cum tamen vir eſſet integerrimus) quando Carolus Magnus in Baſilica Sancti Petri aſtante populo & clero Epiſcoporum omnium, qui ex Italia & Francia conuenerant, iudicia interrogaret, ab omnibus vna voce reſponſum accepit: Sedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum Caput à nemine, præſertim Laico, iudicari debere. Hic etiam Carolum, deficiente nunc græcorum Imperio, primũ Imperatorem Occidentis decreuit. Huius deinde loco electus eſt Stephanus quartus, quem inſecutus Paſchalis primus Vicarium habuit Eugenium ſecundum. Cuius locum Valentinus primus, ſicut huius Gregorius quartus, & iſtius Sergius ſecundus meruit. Inde Leo quartus. Poſt Ioannes octauus, in eadem Cathedra ſunt collocati. De quo, quæ fabula de ſexus fictione narratur, à grauiſsimis Authoribus commentum

tum

Digitized by Google

tum incerti Authoris traditur. Poſt hæc Benedictus tertius legatorum Ludouici Imperatoris, & aliorum ex more Principum Chriſtianorum oſcula pedum admiſit. Cuius Succeſſorem Bulgari ad Fidem Catholicam conuerſi, cum aliis Chriſtianis agnouerunt. Deinde ad Sedem eius Cleri populique electione euectus eſt Adrianus ſecundus, vir propter eleemoſynas & miracula clarus. Sub quo Conſtantinopoli celebrata Oecumenica Synodus (cui Legati eius præfuerunt) Photium ſchiſmaticum damnauit: & Ignatium Catholicum reſtituit. Quæ etiam Sedis Apoſtolicæ ſuper omnes Authoritatem declaratur agnouiſſe. Quia literas Nicolai & Adriani id aſſerentium recepit: & Cano. vlt. diſertè fatetur. Neque hic Imperatores ante Sedis Apoſtolicæ Vicarios ſubſcribere Synodo voluerunt. Porro de hinc creatus eſt Ioannes nonus, Inde Martinus ſecundus, quem alij Marinum vocāt. Hinc Adrianus terti9. Inde verò Stephanus quintus. Poſt quem Formoſus Romanæ Eccleſiæ depræhenditur legittimè præſediſſe. Huic ſuffectus eſt Bonifacius 6. Cui deinde Stephanus ſextus, Poſt quem Romanus 1. Inde Theodorus 2. Ioānes deinde decim9.

Platina. Blondus lib. 2. ſecūdæ decadis.

Hic ſolus clerus & populus ſine authoritate Imper. Pontificē eligere ceperūt

Ex Sigiſberto.

Benedictus quartus, Leo quintus (Chriſtophorum, quia putant illegittimum fuiſſe, non pono) Sergius tertius. Anaſtaſius tertius. Laudus ſeu (vt alij) Laudo primus. Ioannes vndecimus. Leo ſextus. Poſt quos Stephano quinto datum eſt Sedis illius gubernaculum. Sub quo Spirineus Poloniæ Dux Fidem Chriſtianam in communione Romanæ Eccleſiæ recepit. Vnde Ioannes duodecimus, Leo ſeptimus, Stephanus octauus, Martinus tertius, & Agapetus ſecundus Pontificatum ſunt adepti. Cui Leonem 8. (Ioanne 13. & Benedicto 5. velut iniquis Sedis occupatoribus omiſsis) legittimè ſuffectum ex Platina & Blondo lector intelliget. Leonem verò ſubſecutus eſt Ioãnes 14. Quem Benedictus ſextus, Et hunc Donus ſecundus. Quem (præterito & excluſo Bonifacio ſeptimo, Sedis inuaſore) legittimè ſecutus eſt Benedictus ſeptimus. Vnde Ioannes 15. 16. 17. electi ſunt. Poſt quos in Cathedra eorum ſedit Gregor. 5. Qui Anno Domini milleſimo ſecundo eam de Imperatoris electione ſanciuit rationem, quam inde, huc vſque videmus obſeruari: Qua ſolis liceret Germanis (qui inde ſunt electores dicti) Principem deligere, qui

Quando Poloni cõuerſi.

Quãdo electio Imperatoris Germanis obtigit.

Cæſar

Cæſar tunc,& Romanus Rex dictus, appellaretur Imperator Auguſtus, quando à Pontifice eſſet comprobatus. Gregorio autem legittimè ſuffectus eſt Syluester ſecundus, Quem nullus Scriptorum affirmare dubitat (ait Blondus) literis & moribus fuiſſe ornatiſsimum. Nam Ioannes 18. (qui Gregorio viuẽte Sedem occupauerat) verus Pontifex non fuit, ſed defuncto Gregorio atque Syluestro ſucceſsit Ioannes, cui fuit agnomen Sicco: nominis quidem illius, ſecundum vſurpationẽ 19. ſed ſecundum veritatem, tantum 18. Poſt quem alius eodem nomine creatus Ioannes vigeſimus communiter appellatur. A quo Sergius quartus Vir ſanctus Cathedram aſcendit. Inde Benedictus octauus. Cuius tempore Hungari Fidem integrè acceperunt. In locum demortui Benedicti, ſucceſsit Ioannes 21. Poſt quem Benedictus nonus. Et ab hoc Gregorius ſextus Pontificatum accepit. Poſt Gregorium verò legittimè creatus eſt Leo nonus.

An. 1002. electio imperatoris ad Romanos à Põtifice delata eſt.

Caput Decimumſextum.

HIS itaq; temporibus tametſi multis bellis, tumultibus & ſcandalis perturbata fuerit Chriſti Eccleſia,

Digitized by Google

orbis tamen in Fide à ſuperiorum temporum Conciliis probata cum Romano Pontifice communicabat. Sed, vt nunquam ſerpens antiquus eius aduerſarius deſinit eam agitare, nouum hac ætate monſtrum extulit, & per quendam Eccleſiæ Andegauenſis Diaconum, nomine
Bereng. Berengarium ſub Annum Domini Mil-
an. 1060. leſimum Sexageſimum magnum in Eccleſia ſcandalum contra Corporis Domini in Sacramento Euchariſtiæ veritatem, excitauit. In qua perturbatione, dum per pauperculos aliquot eius diſcipulos nouum eius Dogma latiùs ſerperet, ſi penes quos tunc remanſerit, Chriſti Eccleſia interroges, ex ipſa rerum qualitate reſponſum accipies. Nam cùm totus Chriſtianus Orbis ante eum, & in ipſo ſuæ nouæ iſtius blaſphemiæ principio contrarium certo crederet, manifeſtum eſt, Eum, qui ſe Vnum toti oppoſuit Communitati, non Corpus ipſum Catholicum, atque adeò Eccleſiæ arborem non extitiſſe: ſed cùm communitatem relinqueret, Partem fuiſſe, & Ramum, qui ſe à communi arbore reſecaret. Quem parum refert, quæ folia poſtea ædiderit, quando in ipſo exordio

Digitized by Google

dio palmitem reſectum fuiſſe conſtat. Scribens enim contra Berengarium Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis: Omnes (inquit) qui Chriſtianos ſe & eſſe & dici lætantur, Veram Chriſti carnem, Verumque eius ſanguinem, vtraque ſumpta de Virgine, in hoc Sacramento ſe percipere gloriantur: Interroga vniuerſos, qui Latinæ linguæ noſtrarum literarum notitiam perceperunt: interroga Græcos, Armenios, ſeu cuiuſlibet nationis, quoſcunque Chriſtianos homines, vno ore hanc Fidem ſe teſtabuntur habere. Quod ipſum ex Scriptoribus & Conciliis, tunc temporis ex toto orbe errorem illius oppugnantibus, clarum eſt. In conſtantia quoque Authoris, qua ſæpius ſententiam mutauit, & Palinodiam cecinit, argumentum fuit, non fuiſſe Apoſtolum aut Prophetam, qui Spiritu Sancto directus, Eccleſiam contra promiſsiones Abrahæ & Patribus factas, Eccceleſiam apud ſe ſolum retineret. Et quanquam plures in ſententiam ſuam pertraxerit, multitudo tamen Conciliorum, quæ poſtea diuerſis temporibus, tum vniuerſalia, tum particularia, item Populus Chriſtianus ab eo non infectus, & quòd,

Authore Hæreſim reuocante, poſtea error omnino ſepultus eſt, argumento ſunt, quòd ipſa Communitas in partes eius nõ conceſſerit. Nunc igitur, ſi, quæ illa communitas fuerit, quæ toto orbe Berengarium deteſtabatur, interroges, planè totam fuiſſe Romanam deprahendes. Cùm enim Leoni 9. ſucceſſerit Victor Secundus, & Victori Stephanus 9. Stephano autem Nicolaus ſecundus. Nicolao Alexander ſecundus. Atq; Alexandro Gregorius ſeptimus ſucceſſerit, omnes qui tunc temporis, vel contra Berengarium ſcripſerunt, vel in Conciliis eum damnauerunt, in eadem cum dictis Pontificibus communione id fecerunt. Nam Leo primum Romæ, deinde Verſellæ Concilium hac de cauſa indixit, Deinde loco Victoris ſecundi, Concilio Turonenſi (vbi Berengarius errorem ſuum reuocauit) præſedit Hillebrandus Apoſtolicæ Sedis Legatus. Et rurſus Berengario relabente, Concilium generale Romæ celebratum eſt. Cui Nicolao præſidente, palinodiam iterum ille cantauit. Et poſtea ſub Gregorio ſeptimo in Concilio iterum Romæ congregato, poſtquam ſecundò lapſus erat, errorem ſuum rurſus cum veritate mutauit. Quæ

verò

Digitized by Google

verò inde ſecuta de eodem Dogmate ſunt, alia Oecumenica Cōcilia, Lateranenſe videlicet, Vianenſe, & Florentinum, cùm omnia Romanis Pontificibus contra Berengarianos communicauerint manifeſtè, quæ tunc Catholici Corporis ſententia, cuiuſque Illud communionis fuerit, oſtendunt. His quoque temporibus Eccleſia Mediolanenſis, diu ſchiſmatica, Eccleſiam Romanam (cui tunc Stephanus nonus præſidebat) vt omnium Matrem agnouit.

Caput Decimumſeptimum.

GRegorius itaque ſeptimus, vbi poſtremum deſtitimus, Succeſſorem habuit Victorem tertiū. Iſte Vrbanum ſecundum. Et is Paſchalem ſecundū. Qui Gelaſium ſecundum. Gelaſius Calixtum ſecundum. Calixtus Honoriū ſecundum. Honorius verò Innocentium ſecundum. Sub quo Petrus quidam Abaylardus, imperitus philoſophus, ſomnia quædam de Sacroſancta Trinitate, & cauſa ſeu fructu Dominicæ Paſsionis effutiit. Cui cùm nemo Catholicorum, pręter pauculos diſcipulos, conſentiret, omnes (inter quos non paruum locum merebatur

Bernard. epiſt. 190. ſanctiſsimus Bernardus) Innocentio eius damnatori cohærebant. Poſt hæc Celeſtinus ſecundus Pontifex electus eſt. Cuius deinde locum Lucius ſecundus, Eugenius tertius, Anaſtaſius quartus, & Adrianus quartus, conuerſor Noorwegie, adepti ſunt. Qui cùm locum dediſſet Alexandro tertio. Hic Lucio tertio Cathedrá reliquit. Poſt hunc Vrbanus tertius, Gregorius 8. Clemens tertius, Cęleſtinus tertius, ac Innocétius, etiam illo nomine tertius, vir celeberrimus, Sedem illam obtinuerũt. Huius itaque tempore, tametſi Græci à tempore Leonis 9. qui ſub An. 1054. nonnihil tumultuaſſent, vnam tamen eorum cũ Romana fuiſſe Eccleſiam, Sedis illius Primatum agnoſcentem, & in Fide Catholica ipſi conſentientem, docent tum, quòd Thomas Maurocenus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ab Innocentio ſuæ electionis confirmationem petens, impetrauit: deinde, quòd Innocentius Conſtantinopoli, magno omnium applauſu atq; triumpho, Apoſtolica Authoritate eorũ Imperatorem coronauit: tum etiam, quòd magnum illud Lateranenſe Conciliũ, cui maximo numero vtraque pars interfuit, ipſum Innocentium in vna communione ha-

Noorwegia conuerſa.

Ex Sigiſberto.

Digitized by Google

habuit præſidentem. Etenim illic videre erat, Conſtantinopolitanum & Ieroſolymitanum Patriarchas, Græci Latiniq; Imperij Legatos, Epiſcopos 400. & 7. Metropolitanos, Priores conuentuales 800. cum 12. Abbatibus, Regum Ieruſalem, Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri oratores. Qui confirmata ſuperiorum Cōciliorum Fide, & Vnam Catholicam Eccleſiam confitentur, in qua Corpus & Sanguis Domini (pane & vino transſubſtantiatis) Deo Patri offeruntur. Vnde tunc non aliam, quàm Romanam Ieſu Chriſti fuiſſe Eccleſiam, abunde conſtat, quæ in eodē Concilio grauiſsimum Abbatis Ioachim de Trinitatis vnitate errorem ſepeliuit.

Caput Decimum octauum.

POſt Innocentium verò Eccleſiam gubernauit Honorius tertius. Poſt quē Gregorius nonus. Quorum tempore ordines beatiſsimi Franciſci & Dominici Eccleſiam Romanā indicibilibus miraculis & admirabili peccatorum cōuerſione, pietatiſq; promotione plurimum illuſtrarūt, & propulſis hæreſibus ſubinde in Hiſpania & alibi pullulantibus, eam verā eſſe Chriſti Eccleſiā conſignarūt. Gregorio verò nō multo poſt tēpore ſubiūctus eſt Cæleſtin⁹.

Qui

menti quinto Sedem reliquit. Quo tempore rurſus ex Generali Concilio Viennenſi manifeſtè enituit, Eam Chriſtianorum Societatem, quæ Romanę Sedi communicabat, ſolam eſſe Chriſti Eccleſiam. Cùm enim Hæreſes Beguinarum omnibus deteſtabiles tunc Eccleſiam infeſtarent, quotquot ab illis diſſenſerunt, Sedi Apoſtolicę cum ſancto illo Concilio, cui Clemens præſidebat, planè conſenſerunt. Cuius ſanè Concilij (in quo Feſtum & veritas præſentię Domini in Sacramēto Euchariſtiæ cōprobata ſunt) tanta fuit fama, vt eius Sanctitate permoti Tartari Imperatorem ſecuti, characterem Chriſtianum petiuerunt. Cum itaque Concilium cum Populo ſibi adhærente Corporis Eccleſiaſtici, non Partis inde præciſę (Sicut ille Beguinæ) naturam habuerit, niſi colluuiem earum iam olim extinctam, tunc Eccleſiam fuiſſe dixeris, neceſſarium eſt: non aliam fuiſſe, quàm quæ contra eam Romano Throno adhærebat.

Tartari conuerſi.

Caput Decimumnonum.

CLemens autem Succeſſorem habuit Ioannem viceſimum tertium. Et Ioannes, Benedictum duodecimum. Qui

Qui quæſtionem de animarum̃, mox poſt mortem (ſi nihil reſtaret purgandum) beatitudine, abſoluit. Poſt quem Clemens ſextus, & huic Innocentius etiam ſextus. Et deinde Vrbanus quintus omnium con ſenſu electus eſt. Qui poſt 70. annos quibus Curia in Gallia fuerat, Romam ſummo Romanorum gaudio reuerſus, locum fecit Gregorio vndecimo, Viro etiam docto & Pio. Quem demortuum, ſecutus Vrbanus ſextus, loco ſuo habuit Bonifacium nonum, virum quidem Iuuenilis ætatis, ſed conſtantiæ plus quàm virilis. Cui legittimè ſucceſsit Innocentius ſeptimus, Innocentio autem etiam legittimè Gregorius duodecimus. Quo abdicante Pontificatũ & mortuo Verus, Chriſti Vicarius extitit Martinus quintus, in Conci lio Conſtantieñ. omnium Cardinalium & nationum conſenſu creatus. Vt Cardinalis quidam conclaui egrediens, non homines, ſed Deum elegiſſe Pontificem clamaret. Nam Clementem qui dicebatur ſeptimus, Benedictum decimumtertiũ, Alexandrum quintũ, Ioannem viceſimumquartũ adulterinos, & non veros fuiſſe, ſeries Hiſtoriarum bene cõſulta declarat. Tametſi non omninò perſpicua res tunc temporis omni-

omnibus fuerit, vt quis verus Papa fuerit legittimè omnibus conſtaret. Quanquam igitur horrendam cladem hæc ſchiſmata tunc Eccleſiæ attulerint, eam tamen minimè obſcurare potuerunt. Sicut enim mortuo Pontifice manet apud eos Eccleſia, qui legittimè electo Petri Succeſſori parati ſunt obedire: Ita per ſchiſmatum tenebras, capite velut occultato, nihil Chriſtianis periculi fuit, qui parati erant illi obtemperare, qui verus demonſtraretur, pro quo perficiendo nullum in tanta rerum perturbatione Conſilium occurrebat, quam vt omnibus illis Pontificatum abdicantibus, Vnus ab ijs eligeretur, ad quos nullo dubitante pertineret electio. Et quamuis bene ac feliciter contigerit, vt is, qui Hiſtoriis bene inſpectis verus fuiſſe deprehendatur Gregorius duodecimus, ante Martini electionem defunctus fuerit, quia tamen à multis eius electioni vis facta obijciebatur, & iuramento ſe ad reſignandum conſtrinxerat, potuit in tanta rerum perplexitate, etiam nonnullo metu à Præſulibus & Principibus Chriſtianis eo modo ad reſignandum induci, quo in Concilio Conſtantienſi id ab ipſo eſt impetratum. Hoc itaque tem-

tempus præ aliis periculoſiſsimum erat, & inſigniter Fidem Sanctorum tentabat. Prodierant enim nunc ex Occidente impij VValdenſes,ſeu Pauperes de Lugduno

VValdo.

Authore ciue quodã illius nominis Lugdunenſi, qui alio nomine Pauperes de Lugduno vocabantur, hi omnes Eccleſię Ceremonias,Poteſtatem,Conſtitutiones, & nonnulla Sacramenta reijciebant, quorum velut Anteſignanus impietatem iuuabat & augebat ex Anglia Ioannes VVicleph. Et in Bohœmia Ioannes Hus cum Ieronymo, quorum ille 45. hic 30. articulos erroris adferebant. Ex Oriente verò Iacobitę, Armenij,& Gręci, de antiquis & nouis quęſtionibus Eccleſiam agitabant. Et in multis articulis,de Spiritus Sancti videlicet proceſsione, purgatorio, beatitudine, confeſsione, primatu Pontificis, & aliis nonnullis contra Romanam Eccleſiam mouebantur,vt ferè tempus eſſet,de quo Ioannes in Apocalyp. Hic ſapientia eſt, qui habet intellectum computet numerum beſtiæ. Age igitur te compello quiſquis Eccleſię Romanę etiã nunc aduerſaris, Elige mihi vnam ex omnibus iſtis ſocietatem, cui dignitatem & nomen Eccleſię Chriſti tribuere velis. Et, quamcun-

cunque elegeris, illius per omnia doctrinam ſequere. Cùm enim præter Romanam nulla fuerit, cuius non aliqui errores merito tibi diſpliceant, aut nullam Eccleſiam Chriſti contra promiſsiones eius dabis, aut Romanam confiteberis. Non enim cũ Græcis de Spiritus Sancti proceſſione dubitas, neque cum VValdenſibus omnem probas commiſtionem, aut omne Iudicium aduerſus peccatores tollis, neque cum VVyccleph, quod Deus debet obedire Diabolo. Neque cum Hus quod ipſę naturæ Chriſti Diuinitas & Humanitas ſunt ipſe Vnus Chriſtus. Attende etiam nouitiam cuiuſque originem, & à qua Communitate, cuius prius ſinguli membra fuerant, ſe ſeparauerunt, cuius deſertione inter ſe pugnantes, quam oppugnarent? & conſidera quæ ſibi ſemper conformis prioris temporis Catholicum Corpus referebat. Non aliam profecto, quam quæ Pontificibus Romanis cohærebat Eccleſiam Chriſti fuiſſe depræhendes. Adde quod ſingulorum non eiuſmodi fuit ſucceſſus & continuatio, vt aliqua eorum colluuies nomen vel ſpeciem Eccleſiæ mereretur, Nam Patres Eccleſiæ his turbis excitati cooperantibus regibus

Guido.

Art.6.& Art.4.

Auguſt. Nazaren• docebat quod humana natura in Chriſto vere eſſet Chriſtus, & eadem eſſet perſona verbi cui cõſenſit Ioãnes Hus, vt in Cõc. Baſilieñ, ſeſsione 22. patet.

& Imperatoribus ad generale Concilium, ſub annum Domini 1415. conuenerunt, & Schiſmate extincto erroribuſque Ioannis damnatis Catholicum Eccleſiæ Corpus penes eos remanſiſſe atq; reſidere declararunt, qui Martino quinto adhærerét, Quod adhuc luculentiùs ſequenti Concilio Florentino, & exitu Concilij Baſilienſis omnibus eſt oſtenſum.

Caput Vigeſimum.

Blondus. SIquidem Martinum in Pontificatu ſequutus eſt Eugenius quartus, qui Florentiæ Anno Domini 1439. Concilium habuit celeberrimum cui cùm ſeptingenti ſelectiſsimi viri ex Græcorum parte intereſſent, ſumma totius orbis lætitia, rurſus de Spiritus Sancti proceſsione, & omnibus aliis Articulis Latinis coniuncti ſunt, Accedentibus etiam Armenorum Oratoribus, qui eandem de Sacramẽtis, & Incarnationis Dominicæ myſterijs cum Sede Apoſtolica Fidem ſuſceperunt. Cùm igitur hæc duo magna & vniuerſalia Concilia Catholicam arborem repræſentarent manifeſtũ eſt, hos & illos, quorum quiſq; priuatę ſuæ opinioni inſordeſceret, eiuſmodi fuiſſe, quos cauendos Dominus & Apoſtoli prædixerũt. Vtpote qui Sectas facerẽt

& ſe-

& ſegregarét ſemetipſos, vno dicente: Hic eſt Chriſtus: alio, non, ſed hic & apud me eſt. Extabat quidem etiam tum horrendũ Schiſma inter Eugenium & Baſilienſes, ſed totius orbis, qui poſtea ſecutus eſt conſenſus, reiecto Amedęo & falſo Felice (qui etiam inductus fuit, vt cederet) Eugenium verum Pontificem agnouit. Quando enim illi Concilio capitis aberat Authoritas, nõ magis Corpus Eccleſię poterat cõſtituere, quàm olim Concilium Ariminenſe, quo Fidei noſtræ fundamentũ (homouſiõ) explodebatur. Ideoque quę ibi decreta ſunt, legittimam Authoritatẽ non habent, niſi qua parte à Nicolao quinto Eugenij Succeſſore ſunt approbata, vel aliis Eccleſiæ decretis conſentiant. Quamuis, quia nihil in illo Cõcilio definitum eſt, quod ab Eccleſia antea vel poſtea iudicatũ eſt hæreticum, non potuit illa diſſentio & quæſtio quæ facti erat, & ex mala intelligẽtia Decreti Conſtantiẽſis (quod in Schiſmate vbi ignoratur verus Papa locum habet, cuique contrarium definire non intendebant) oriebatur, impedire, quo minus, qui vnam cum Eugenio Fidem profitẽtes parati erãt illũ agnoſcere Pontificẽ, qui legittimus declararetur. Vnũ Eccleſiæ Corpus cõficerẽt.

Secus verò in Concilio Arriminenſi res ha bebat, quia enim antea Catholico Concilio, ſicut ab initio erat traditum, contrarium receptum erat, ac Maxima eorum pars, nō in re, ſed nomine tantum per imprudentiam erraſſe ſe profiteretur, facilè Catholicum Eccleſiæ Corpus licebat ab Hæreticis diſcernere. Quamuis reuera (ſicut nuper dictum eſt) nihil intereſt, quantam multitudinem abſciſſum membrum poſtea ſecum trahat, quando ex ipſo initio, & origine membrum reſectum eſſe conſtat.

Caput Vigeſimumprimum.

EVgenius itaque Succeſſorem habuit virum Optimum Nicolaum quintum. Quem eo non inferior ſecutus eſt Calixtus tertius: Poſt quem Æneæ Syluio vere Pio ſecundo Pontificatus obtigit. Inde in eo ſedit Paulus ſecundus. cui ſurrogatus eſt Sixtus quartus. Ad quem tanquam Eccleſiæ paſtorem, cum relatæ eſſent, Doctrina cuiuſdam Petri Oſmenſis, Negantis neceſsitatem Confeſsionis: & contentio de intemeratæ Virginis Conceptione, ipſe Catholicam Doctrinam tradens poſtea ab orbe in Concilio Late-

ranenſi,& Tridentino comprobatam,Eccleſiæ pacem reſtituit. A Sixto Cardinales elegerunt Innocētium octauum. Vnde in Alexandrum ſextum, virum excellentem ſuffragia eorum declinarunt. Inde in Pium tertium. Quo 16. ſui Pōtificatus die mortuo,Iulius tertius Pontificatui initiatus eſt. Qui rurſus ſchiſma cum Piſanis ſuſtinuit, quod generali Concilio Lateranenſi,eorumq́ue, qui excitauerant, pœnitentia extinctum eſt, atque Leo decimus defuncto Iulio ſuccedens legittimus Petri Succeſſor & Chriſti Vicarius eſt declaratus. Et,vt tandem finem imponamus, qui inde faſcibus illius ſacroſanctæ Sedis eminuerunt, ſunt Adrianus ſextus, Clemens ſeptimus,Paulus tertius,Iulius tertius,Marcellus ſecundus,Paulus quartus,Pius quartus, Quorum loco illuſtriſsima pietate ac miraculis clara nunc præſidet Pius quintus.233. ſupremus Pontifex. Horum ſanè temporibus cum infinitę in Occidente ſectæ emerſerint intelligentia opus eſt, vt Iuxta prædictas proprietates, penes quos Vera Chriſti manſerit Eccleſia, videamus.

Caput Vigeſimumſecundum.

SVb annum itaque 1517. tempore Leonis decimi, quidam Martinus Lutherus ordine Auguſtinenſis VVittébergę, quod eſt ad Albim oppidum Saxoniæ, Theologus, munere publicandi Indulgentias, quas Leo pro fabrica Eccleſiæ S.P. per urbem mittebat) Ab Auguſtinenſibus ad Dominicanos tranſlato, primùm conqueri de Indulgentijs: inde, de Sacramentis: tum, de Iuſtificatione: de Libero Arbitrio: de peccato originali: de Miſſæ Sacrificio: aliiſq; Chriſtianæ Religionis fundamentis, ſe alterum Heliam iactitans, Eccleſiam grauiſsimè perturbare cœpit. Cumq; in varias ſe formas ipſe verteret, ex impuro illius ore, ſtatim tres immundiſsimi Spiritus, inter ſe cõtrarij, prodierũt: videlicet, Homologiſtę ſeu Confeſſioniſtæ, Sacramentarij, & Anabaptiſtæ. Quorum Confeſsioniſtæ facilè in 20. aut 30. partes, & amplius, diſſecti cõmonſtrantur: Sacramentariorum verò, quorũ pater Swinglius ſeu Caroloſtadius Lutheri filius, fotor verò OEcolampadius, enutritor aũt Caluinus, in 8. & plura genera diuiſi commemorantur. Anabaptiſtarum verò Sectarum numerus eſt infinitus. Hic igitur

Anno 17. Pridie omniũ Sãcto affixit Thema, cõt. Indulgentias.

Chri-

Chriſtiane Lector,qui ſalutis tuę ſtudioſus es, cùm non de compede aut pileo iudicium vertitur, ſed de æternitate,aut pœnę aut ſalutis, prudentiam ſapientiamque requiro,quam ex his omnibus (quę cum inter ſe pugnent, Romanæ Eccleſię aduerſantur) ſortem eligas,quam vt Verā Chriſti Eccleſiam ſequaris. Noli adhuc doctrinæ cuiuſq; qualitatem inſpicere.Quoniam de hac Eccleſiæ iudicio certior fieri debes. Diligenter itaq; cōſidera, quàm pro Fundamento & Columna veritatis eligas; cui te committas,cuiq; per omnia credere velis. Quod igitur ante hanc Lutheri commotionem,inter tot exorientia Schiſmata vera Chriſti Eccleſia, ab ipſis Apoſtolis cō tinua ſerie perpetuaque corporis ad Corpus ſucceſsionę remanſerit, apud eos qui cohærerent Sedi Apoſtolicæ manifeſtum fecimus. Quæritur nunc ergo, quam Lutherus aliam Eccleſiā inuenerit,quàm quę poſtea ab ipſo eſt oppugnata?Neque enim cum ipſe Romanæ Eccleſiæ per Baptiſmū inſereretur,& per profeſsionem excellentioris vitę generi ſe Deo cōſecraret,Eccleſia Chriſti extincta iam erat. Extabant quidem adhuc reliquię VValdēſium,Huſſitarum,alteriuſque generis Hęreticorum,

Digitized by Google

ſed nullam horum colluuiem tanti fecit, aut eiuſmodi fuiſſe credidit, vt ad illam tanquam veram Chriſti Eccleſiam, ipſe ſe transferret, ſed illos potius ad ſe tranſire vellet. Cum neq; ipſe omnia ab illis prodita, neque illi, quæ ab ipſo proficiſcebantur omnia comprobarent. Sed vt illi ſeparatim ſua, ita hic ſeorſim propria propoſuit. Atque ita nouam confuſionem, velut alteram in Occidente Babiloniam condẽs ipſo nouitatis nomine ſuos ſectatores, & omnes qui ex ipſo prodierunt Eccleſię honore ac Priuilegiis ſpoliauit.

Caput Vigecimumtertium.

1 SIquidem omnes primũ membra Eccleſiæ Romanæ fuerunt, Indeque ſe ſegregarunt, Nullum eorum genus
2 ſuam originem vltra annos 60. referre po
teſt: nuſquam niſi in his partibus vnquam
3 de illis auditum fuit. Et cum quidam ſuos
omnes Sanctos: alij omnes Impios & in-
4 iuſtos profiteantur ſine Sacrificio tamen,
quo vel gratias agant, vel Deum ſibi pro-
5 picium reddant, velut ingrati & deſolati
ſedent, cumque ſeditiones eorũ totus or-
6 bis ſentiat, pleriq; tamen ſuos inuiſibiles,
& in occulto Prædeſtinatorũ numero la-

tere

tere dicunt,nullam cum Sede Petri,primi 7
ouium Chriſti Paſtoris Communioné ha-
bent, & quod nullum à Chriſto ſibi Præ- 8
fectum agnoſcāt, ſe familiam eius eſſe ne-
gant. Vix tres apud eos inuenies, qui con
ſtanter per omnia ſibi de omnibus conſen
tiant: nulla ſuæ doctrinæ ſigna: nullas, 9
quibus ea firmetur, virtutes habent, & vt
quæ Scripturæ hæreticis tribuunt paucis
complectar, Electitia & proprio eorum iu
dicio inuenta proferunt, nō quod accepe- 10
runt depoſitum aut communi iudicio re-
ceptum. Propter quod Apoſtolus Hære- 1.Tim.6.
ticos dicit proprio iudicio condemnatos: Titum 3.
quia videlicet,vt nomen eorum habet,nō
ſectantur communia,ſed ſegregant ſemet-
ipſos, & quod ſequuntur priuato ſuo ele-
gerunt iudicio.Deinde quod de Hæreticis
prædictum dicit ab Apoſtolis Beatus Iu-
das: tanquam viri illuſores rident, quæ- 11
cunque in Eccleſia non intelligunt. Do-
cent quod ipſis à nemine legittima Autho 12
ritate mandatum eſt. Cùm ſcriptum ſit: Act. 15.
quomodo prædicabunt, niſi mittantur? Roma.10
Ad hæc qua nota Dominus omnes falſos
Prophetas dinoſci voluit, à fructibus eorū 13
facilè cognoſcuntur. Etenim quo ſpiritu
inuenta ſit doctrina Martini, teſtata eſt

Digitized by Google

horrenda illa Clades ruſticorum, quæ nemini in Germania eſt incognita. Rurſus, à quo agitati fuerint Anabaptiſtæ, laſciuus eorū furor Monaſterij & Amſterodami demonſtrauit. Caluiniſtarum verò fructus hucvſq; deplorat Francia, & nos ipſi experti ſumus. Licet enim non ſemper in omnibus boni mores cum veritate coniuncti ſint. (Quoniam de quibuſdam Sal-
Matth. 23 uator: Quæ dicunt, ait, facite: Secundum opera verò eorum nolite facere) quando tamen ipſam doctrinam, vt in pluribus flagicia aliqua (pręſertim in primis eius profeſſoribus) comitantur, Argumentum eſt, quo Diuina prouidentia nos admonitos eſſe voluit, eiuſmodi à malo ſpiritu, talium flagiciorum Authore, proficiſci. Hinc illa,
2. Timo. 3 (quæ de Hęreticis ſcribit Apoſtolus fore) vt in nouiſsimis diebus tempora ſint periculoſa, homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, cœci, & voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hos, inquit, deuita. Sic Pe-
trus

trus & Iudaſ Magiſtros mendaces & Pſeu
doprophetas ab eiuſmodi criminibus co- 2.Petr.2.
gnoſci voluerunt. Sicut & Iacobus, fal-
ſam ſapientiam à zelo amaro & conten-
tione, veram à pudicitia, pace, modeſtia
& docilitate agnoſcendam tradit. Præ- Iacob.3.
terea quædam ipſorum dogmata, quæ e
tiam nomine fructuum à Domino com-
prehenſa ſunt, tam ſunt abſurda, vt homi-
ni timenti Deum, & vel modicum in ſcri-
pturis & Chriſtiana Religione inſtituto,
facilè videantur, nō eſſe ſecundum Deum.
Nam quòd omnes ſuos per Fidem ante
mortem de vita æterna ſecuros faciunt,
cùm tamen non omnes ſaluabuntur, ma-
nifeſtè cum timore Dei pugnat. Quodque
Caluinus paſsiones, quas Chriſtus ante de-
ſcenſum ad Inferos ſuſtinuit, docet non
ſuffeciſſe, vt à Damnatione liberaremur,
plane impium eſt, & toti Scripturæ aduer In Inſtit.
ſatur. Quodque poſtremi Confeſsioniſtæ
negant, localiter Chriſtum ad cœlos aſcen
diſſe, abſurdius eſt, quàm vt cōfutationem
mereatur. Rurſus Liberum prorſus negare
Arbitrium, & omnibus operibus, etiam
in Sanctis, peccati maculā affingere, (quod
Caluiniſtis cum Martiniſtis eſt commune)
ſpē Chriſtianorū planè ſubuertit. Omitto
men-

mendacia,quibus aduerſus Romanam Eccleſiam nituntur. Nam tota ferè Confeſſio Auguſtana huic mendacio innititur, quòd Catholici doceant,nos propter merita operum noſtrorum ſine Fide & merito Chriſti apud Deum iuſtificari,& peccatorum remiſsionem & vitam æternã conſequi,cum prorſus contraria in ſacro Concilio Tridentino ſint definita & ſemper apud Catholicos audita. Quis verò inconſtantias & contradictiones eorum facile cõmemorabit? Vt enim de cęteris taceam (quorum antitheſes copioſè ab aliis ſunt annotatę) Caluinus cum in 15.& 16.Can. Con.Tridẽ.de Iuſtificatiõe doceat,Spiritũ regenerationis non dari,niſi electis,& frequenter inculcet,nos certos eſſe debere de ſalute in Ca.tamen 23.eos planè damnat, qui hominem ſemel iuſtificatum, peccare poſſe & aliquando labi negant.Ridet ſubinde diſtinctionem Fidei Formatæ & Informis: Fidemque Charitate vacuam ſomnium & inane hominis figmentum aſſerit. Cùm tamen in 28.Can. Concilij ſcribat: ſemen aliquod Fidei in homine manere licet ſuffocatum etiam inter grauiſsimos lapſus. Non nego (inquit) id quantulumcunque eſt, particulam fateor eſſe

In 4.inſt. & in ca.7 Cõc.Trident.

Veræ

Digitized by Google

Verę Fidei, Addo etiam Viuæ. Iterum verò, quid abſurdiùs ab homine Chriſtiano proficiſci poteſt, quàm quòd in Eccleſia reprehendit catechumenis Fidem in Baptiſmo petentibus iuxta Saluatoris inſtitutione dici: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Cùm alibi doceat Chriſtum nobis datum eſſe legiſlatorē, cui obediamus, & Fidem, quæ iuſtificat, nō eſſe ſolam, ſed coniunctam habere obedientiam. Item, quod fatetur præter fidem neceſſariam eſſe pœnitentiam Fideiq; coniunctam eſſe charitatem. Neſcio quopacto conſtet, cum illa Fidei certitudine, qua ſola dicunt nos iuſtificari, & de gratia Dei, tam in præſenti, quàm futuro ſecuros eſſe. Cum nemo per verbum Dei certo cognoſcat, an verā pœnitentiam, veram obedientiam veramque charitatem habeat: tantaque incertitudo ex horum conſideratione naſcatur, quantam ex dogmate Catholicorū, qui Fidem & obſeruationem mandatorum Dei requirunt, ſequi calumniantur. Sed hæc res peculiarem tractatum exigit. Hoc vnum ab illis poſtulo, vt ſi Eccleſiam Dei viuentis conſtituant, & doctrinis ſuis Diuinam Authoritatem arrogent, teſtimonia ſui Apoſtolatus ædant: Neque enim de Diuinæ

7. ca. Cōc.

Can. 11. & 21. Conci. Trident.

14. ca. Cō cil. Trid.

pro-

prouidentiæ bonitate credẽdum eſt, quòd nouos aliquos doctores orbi mittat, quos non certis, manifeſtis, & irrefragabilibus indiciis eidem commendat, & Fide dignos oſtendit: Credo enim ſanctiſsimum Moyſen, Dominum noſtrum ipſum Chriſtum, Apoſtolos, Martyres & Confeſſores digniores fuiſſe, quibus mundus crederet, quos tamen non ſine euidentiſsimis teſtimoniis Pater ſe miſiſſe declarauit.

14 Poſtremò quia proprium eſt Eccleſię, tanquàm verè matris filios Chriſto procreare: Hæreſeos verò, tanquam adulteræ, alienæ ſeu nouercæ, perdere, oſtendant, quas

Iſaiæ 54. & 66. ad Pſalm. 4. Gentes Chriſto primùm peperint, aut etiã nunc pariant. Sicut ediuerſo, quas primum bene Chriſto inſertas, quotidie perdant, luctuoſis tumultibus oſtendunt, Romana verò Eccleſia, Deo fœcunditatem illi dante, ſemper ab initio creuit. Et ad eam velut cœleſtem Ieruſalem, quæ de cœlo deſcendit, Montem Syon

1 & Domum Dei Iacob omnes Gentes venerunt, & in ea ſe Domino Deo ſuo commendarunt. Neque enim vnquam, (quòd bene aduertẽdum eſt) vlla ſub Sole Natio Chriſto nomen dedit, quæ non ab ipſo ad hanc Eccleſiam velut communem ma-

Matrē ſit deſtinata. Id quòd etiam noſtro
tempore,laus Domino, magno cum gau-
dio audiuimus. Quando Indos cum nouis
Inſulis Gentem latiſsimã,eadem Dei vir-
tute, qua omnes in initio conuerſi ſumus,
eidem intelleximus acceſsiſſe,& horũ per-
ditionis filiorũ loco illos,velut nouos pal
mites,fractis iſtis ramis,bonę quotidie Oli 2
uæ inſeri.Hęc nũc amplius quàm ducentis
vicibus per Hęreſes tentata,& grauiſsimis
inſultibus oppugnata , nunquam extincta
fuit. Vnde qui illam fortiſsima manu tam
diu ſeruauit,certiſsimã Fidem fecit , quòd
idipſum in finē vſq; pręſtabit. Vt veriſsimè
de hac Propheta ex perſona ipſius dixerit:
Niſi quia Dominus erat in nobis dicat nũc
Iſrael,Cũ exurgerēt homines in nos,fortè
viuos deglutiſſent nos,cùm iraſceretur fu-
ror eorũ in nos,forſitan aqua abſorbuiſſet
nos, Benedictus Dominus , qui non dedit
nos in captionem dentibus eorũ. Etenim,
quo modo ſinè magno Dei auxilio aduer-
ſus tot cruentas Perſecutiones,tot hæreſes
& Schiſmata potuiſſet vna Societas tã con
ſtanter perſiſtere,vt nunquã vel lato vngue
à Fide ſemel tradita receſſerit,perpetuò ſi-
bi in illa conſentiens, niſi Deo in ipſa ha-
bitante , ſuſtineretur & protegeretur . 3

Digitized by Google

4 Hæc à nulla præcedente Cõmunione deficiens, nulli alii ſuam virginitatẽ ſtuprandam
5 tradidit. Cuius doctrina eiuſmodi eſt, vt qui Spiritum eius ſequuntur, omnium virtutum ſplendore niteant, & in ipſa cõmunitate ſequuntur eam, modeſtia, caſtitas, pudicitia, obedientia, pax, concordia, benignitas, vnitas, longanimitas, manſuetudo, charitas, gaudium, iuſtitia, & omne genus virtutum. A quibus, tanquam veris Spirituſſancti fructibus, qualis ſit hæc arbor, haud difficile cognoſci poteſt. Nam quæ à ſtultis in hac communitate admittuntur, non occaſione doctrinæ, qua expreſſè prohibentur, neque per Spiritum, quo communitas ipſa agitur, ſed per imprudentiam & ſpiritum iſtius communitatis aduerſarium perpetrantur. Et vtcunque prędentes ſe habeant, (qui nihil aliud, quam quod apud ipſos depoſitum eſt, vlterius tradunt) certè primos Annuntiatores & Plantatores irreprehenſibiles fuiſſe conſtat: Et, vtcunque ſinguli noſtris defectibus laboremus, ipſa tamen communitas (cuius nomine doctrina proponitur & Authoritatem habet) fructus non niſi ſaluberrimos & ſanctiſsimos habet. De miraculis verò quid dicant? quibus

toto

Digitized by Google

toto orbe glorioſiſsimè ſemper reſplenduit. Quæ Dæmoni, qui non verentur aſcribere, Gloriam ſoli Deo debitam, alieno tribuunt, illumque verè Deum faciunt. Nam vti dictum eſt, nō alia ratione Deus Abraham, Iſaac & Iacob, quàm per eiuſmodi ſtupēda ſigna agnitus eſt, Verus eſſe Deus. Ad hæc nullum hic Dogma traditur, quod cum euidenti Scriptura aut ratione pugnet. Præterquàm enim quòd Eruditi omnium poſſunt ſolidiſsimas proferre rationes, cuiuis etiam, non excœcato & obdurato facilè conſtare poteſt: nihil in ea tradi, quòd credenti Deo, ſit abſurdū aut incredibile. Item ſuauiſsimo Corporis & Sanguinis Domini Sacrificio Deum profitetur, ſuum per Chriſtum redemptorem, bonos cōplectitur & malos, perpetuā cum Sede Petri Communionem retinens. Poſtremò ſacrum generale Concilium Tridentinum (cui toti Anni 18. quibus ab omnibus diligenter Fides excuti potuit, & omnium nationum, qua patet orbis Chriſtianus diuerſorum temporum tractatores eloquiorum Dei, non parum Authoritatis addiderunt) luce meridiana fecit manifeſtius, quòd Eccleſiæ Catholicæ Corpus prioris temporis Catholico Corpori anne-

m xum,

xum, ſolùm penes eos remanſerit, qui contra has omnes ſectas Sedi Apoſtolicæ, in Vna Communione cohærent. Etenim qui Sedi Apoſtolicæ, cum tanto Concilio cõmunicant perſpicuum eſt, non Partis, ſed totius retinere naturam: Qui verò priuatis opinionibus, ſeparatim ab iſtis, hic & ibi, colliguntur, quiſque videt: Partes eſſe & Ramos ab aliqua arbore diuulſos. Quod ipſum ſolum Hæreſeos euidentiſsimũ eſt in Scripturis argumentum. Vt magnas ſuo Redemptori gratias meritò debeant, qui turbis iſtis & tempeſtatibus non moti, firmiter in Nauicula Petri ſe continent. Etenim verè in illam cõuenire iam credo Pio lectori ſatis conſtare, quod de illa in Spiritu olim ſcriptum eſt: Fundamenta eius in

Pſalm.86 montibus ſanctis: diligit Dominus portas Syon ſuper omnia tabernacula Iacob. Vt qui in ea ſecundum leges, quas ibi audiunt, Fidem ſuam, & Spem in Dominum Ieſum dirigunt, meritò lætentur in his, quæ dicuntur eis: Quoniam in Do-

Pſalm.121 mum Domini ibimus. Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem.

Epi-

Epilogus ad Lectorem.

Caput Vltimum.

HIC itaque mihi nunc ſermo ad omnes, qui cũ Romana Eccleſia hac tempeſtate non conſentiunt, dirigendus venit: Si Diuina Prouidentia, ô Viri ſalutis, veritatiſque ſtudioſi, aliqua in mundo relicta eſt certitudinis regula, qua in hac procelloſa humanorum ingeniorũ varietate & inexplicabili labyrintho eſſe tuti ab errore poſſumus, mirum ſi melior & firmior inueniri poterit, quàm quæ nũc in Eccleſia Romana demonſtrata eſt reſidere. Mirum enim, ſi antiquior, celebrior conſtantior, ſibi conformior, ſæpius magiſque probata & pluribus teſtibus confirmata dari poſsit. Mirabor quoq; ſi excellentiores Verbi Dei Diſpenſatores, pietate & eruditione celebriores offerantur, quibus alicuius ſocietatis Authoritas illuſtrius comprobetur, quàm pro huius firmitudine ſtare declarauimus. Sanè quantò vobis eſſent Iudices iſti optabiliores, ſi teneretis Catholicam Fidem, tantò vobis ſunt terribiliores, quia oppugnatis Catholicam Fidem: quàm in lacte ſuxerunt:

quàm in cibo ſumpſerunt : Cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt. Vos ergò vbicunque ſitis, vbicunque iſta legere poteritis, ante iſtos in cordibus veſtris conſtituo, quos non amicos noſtros, & inimicos veſtros, aliqua in noſtram partem gratia propendentes, aliquo à vobis merito offenſionis auerſos, in hac diſceptatione conſtituo Cognitores. Nondum extiteratis, contra quos ſuſciperent de hac re conflictum, nullas nobiſcum, vel vobiſcum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt, neque nobis, neque vobis irati ſunt, neque nos neque vos miſerati ſunt. Quod inuenerunt in Eccleſia tenuerunt : quod didicerunt docuerũt, quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Talibus poſt Apoſtolos Sancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit : Illis qui ex Gentibus ad Chriſtum venerunt, ſeſe tranquilla conſcientia in Spiritu commiſerunt, his qui ſanctitate, caſtitate, Martyrio, confeſsione aut miraculis clari extiterũt omnes cõmunicarunt. Ideo prophanas voces nouitatis expaueſcimus, quas ab ipſis non accepimus. Si numerum quęritis, ſunt infiniti: ſi pietatẽ & eruditionem

nem, Quis eis comparari poteſt? Relinquite igitur, ô Viri, Iter iſtud veſtrum haud tritum. State ſuper Viam, & interrogate de Semitis Antiquis, quæ ſit Via bona. Attendite ad Petram vnde exciſi eſtis: & ad Cauernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Ianitorem, ſuper familiam ſuam à Domino conſtitutum. Attendite (inquam) ad Eccleſiam, quæ peperit vos. Neque enim tutum eſſe poteſt, tranſire terminos, quos tanta Authoritate eiuſmodi Patres conſtituerunt. Ad hos igitur, non Pædagogos, ſed verè Parentes conuertite, eorum veſtigiis in Communione Eccleſiæ adherete. Si (qua nihil eſt optabilius) Pacem ac Vnitatem in vobis, & Republica cupitis retinere, & Sponſum Eccleſiæ, Iudicem veſtrum in hora mortis placatum inuenire.

Ierem. 27 & 6.
Iſa. 51.
Marc. 13.
Prouer. 22

A M E N.

Laus omnipotenti Deo, qui ſemper triumphat Eccleſiam ſuam in Chriſto Ieſu.

Digitized by Google

Eruditus eſt hic de Eccleſia liber, & ideò in publicum meritò edi debet, 12. Februarij, Anno 1567.

Thomas Gozeus à Bellomonte Sacræ Theologiæ Profeſſor Ordinarius.

Ολοσβίνης πλανεύς:

Γνησία τίς ποτ' ἐν ζητῇς Ἐκκλησία Χριστοῦ;
Τοῦ ταχὺ Κουνήρου βιβλίον ὤνησο.

Idem Latinè.

Quæris Vera ſiet quæ tandem Eccleſia Chriſti?
Hunc eme Cunerus quem dedit Ipſe librum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE